Del Collegio de la Comp.ª de Jesus de Granada
Libreria
R-12.302
1

תבת נח

ARCA NOE

THESAVRVS

LINGVAE SANCTAE

NOVVS.

D. MARCO MARINO BRIXIANO

Can. Reg. D. SALVATORIS Auctore.

Operis contenta leges in prolegomeno.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

בִּי יַכְתִּירוּ צַדִּיקִים

VENETIIS,

Apud Iohannem Degaram. ∞. D. XCIII.

Dioze de limosna alg.o Bar.me de Lara cosso cien Reales.
año de 1598.

del Collegio de la Comp.ª de Jesus de Granada
R-12.302 Librería 1

תבת נח

ARCA NOE

THESAVRVS

LINGVAE SANCTAE

NOVVS.

D. MARCO MARINO BRIXIANO

Can. Reg. D. SALVATORIS Auctore.

Operis contenta leges in prolegomeno.



בי יבתירו צדיקים

VENETIIS,

Apud Iohannem Degaram. ∞. D. XCIII.

Dioje de limosna alg.ª Bar.me de Sara cosso cien reales.
año de 1598.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

IACOBO BONCOMPAGNO SORAE DVCI,

S. R. Eccleſiæ Generali Gubernatori, &c.

MARCVS MARINVS BRIXIANVS

Canonicus Regularis S. D. P.

AEmper fuerunt hominum ingenia Princeps illuſtriſſime, vt illud omnibus propè conuenire poſſit, vt alter alterum ſuo odio dignum dijudicet, cum videat, aliquid illi ineſſe, quod ſibi deſit. Ea re diues pauperem, ſapiens ineptum odit, atque execratur. Rectè quidem ille.

Oderunt hilarem triſtes, triſtemque iocoſi,
Ignauum celeres, agilem gnauumque remiſſi.

vel etiam modo permittas.

Oderunt docilem ſtulti, ſtultumque morati.

Quod cum ita ſit, mirum tamen eſt, eos ſua vt viliſſima, aliena vt optima aliquando extollere, & admirari eſſe ſolitos. Nam etiam natura omnibus ita comparatum eſt, vt

Nemo, quam ſibi ſortem,
Seu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit, illa
Contentus viuat.

Noſti cętera. Is autem recti honeſtiq́ue amor laudabilis eſt, qui & ſi ſua ſibi videantur pulchra, aliena tamen non odit, ſed amat, non deprimit, ſed laudat, non denique abhorret, ſed colit, ſuſpicit, & admiratur. Quid verò, quòd odium etiam ſine vituperatione nonnumquàm eſſe contendam? Annon bonum eſt maximum, odiſſe malum? Ego quidem odio & amore erga mortales omnes afficior non minimo, quòd partim qui ignauia animum torpere ſinant, partim qui induſtria immortalitatem ſibi ipſis parent, videam. Odi ſanè mortalium genus, non à brutis valdè abſimile, cùm omni doctrina politiori vacuum, tùm eam, non ſecus ac ſi malè de nobis eſſet merita, fugiendam & euitandam affirmans. Amo virorum ſapientiam præſtantiſſimorum atque illis etiam interdum ſubinuideo, quòd illis concupiſcam ſimilis euadere, ſed ad eam ingenij bonitatem peruenire poſſe, pro-

pè desperem. Quod si labore, cura, & tempore consequi potero, magnam Deo gratiam habebo, certè quod in me est, vlla in re non deero, ne tam nobili præstantique immortalitatis parte mea ipse desidia caruisse videar. Quæ res effecerunt, vt cum iam vltimam ferè manum huic Dictionario Hebræo superioribus annis a me nouo, & ab alijs omnibus diuerso ordine confecto, imposuissem, vt illud in studiosorum gratiam in lucem ederem, ambigere ineeperim, quemnam potissimum deligerem, cui hoc, vtcunque sit, tanquam מִנְחָה שְׁלוּחָה מִן הַבָּא בְּיָדִי mitterem. Videbam etenim multum referre, si is eiusmodi esset, cui lingua Hebræa, quam omnes propè hoc tempore abhorrent, non ingrata foret, atque illam in Ecclesiam Christi necessariam esse, alijs autoritate sua probaret. Quæ duo cum in te maxima esse videam, nullum me inuenire posse arbitratus sum, cuius amori atque autoritati, רֵאשִׁית אוֹנִי מְרוּשָׁתִי יוּבַן נַרְנִי, vt Iudaica lingua illud exprimam, tutius committerem. Tu enim in tanto dignitatis gradu constitutus, vt maior ferè optari non possit, tantisque curis distentus, cum totius. S. R. E. gubernatio tibi a Sanctissimo Pontifice Gregorio demandata sit, ea ingenij felicitate frueris, ut iam doctrinarum omnium, nec non linguarum, & præsertim Hebraicæ, musas tibi conciliaueris, quo fit, vt quàmplurimi dubitent, an maior sit in te ingenij in adipiscendis doctrinis excellentia, vel in administrandis rebus prudentia. Hinc factum est, vt omnium animos in te conuerteris, te vnum suspiciant, ament, venerentur, obseruentque. Exiguum igitur munus Princeps Illustrissime, quod obseruantiæ caussa tibi nunc mitto, accipe ea, qua semper soles humanitate, vt officiorum tuorum, quæ in me contulisti maxima, non immemorem me vnquàm futurum cognoscant omnes, & mea ab inuidorum morsibus tuta sint, qui ea, & si minima sint, non audebunt lacerare, cum viderint illa in patroni huiusmodi amore, doctrina, dignitate, & autoritate prædicti fidem recepta esse, vt maiorem nancisci non potuerint.

Datum Romæ. Idibus Aprilis. M. D. LXXXI.

MARCI

MARCI MARINI BRIXIANI IN SVVM THESAVRVM ad φιλεβραῖον lectorem præfatio.

De laudibus linguæ Sanctæ.

HEBRAEAM linguam Humane Lector, statim ab ipso Mundi exordio, non ab aliquo inuentam, sed in primorum hominum animos diuinitus immissam, & hucusq; eandem persistentem meritò linguarum reginam nominari, & virgini virginitatis spolium præ se ferenti comparari posse, non dubito. Hanc Deus Opt. Max. quo nihil antiquius, nec cognitu vtilius inueniri potest, cum omnia ex nihilo eduxisset, ne sui notitiam temporis longitudine desideraremus, Adamo, & deinde Hebræis, quos sibi in delectum populum asciuerat, dedit; in qua perfectam scientiam de se commendarat. Hinc factum est, vt qui aliam excoluerint linguam, aut Deos penè infinitos, aut nullos sibi fingerent, cœlum ἀκέφαλον καὶ ἄτελον &sexcentos huiusmodi errores impiè astruerent. Hanc gratiam Hebræorum literis non habere, quæ eius generis sunt, vt Deo autore natæ absolutam de rebus diuinis scientiam tradant, quam non facile in aliam transtuleris linguam, ingrati quidem animi signum est. Verùm non crederem, vllum tam hebeti, tamque obtuso animo inueniri posse, quem lateat, omnes alias literas ex Hebraicis iam vsque à principio ortum suum ducere; cuius rei non tenue argumentum est illud, quo etiam probatur, Hebraicum sermonem à natura suum initium trahere, quòd nulla alia inueniatur lingua, quæ mulierem recto naturæ casu à viro, præter Iudæam nominet. Quæ res effecerunt, vt auersatus eorum opinionem, qui has literas quasi barbaras, ac omni prorsus elegantia expertes abhorrent, aliquid de illis stylo mandarem, vt notum fiat omnibus, Hebræorum linguã aliarum omnium procreatricem, & parentem, in qua Moses, Dauid, vatesque cæteri magna recondiderunt mysteria, perquam necessariam esse in religione Christiana, etsi non me lateat, eam, etiam omnibus tacentibus, maxima cùm omnium admiratione, tùm immortali sua laude, sibi facem prælucere, dignitatemq; suam, imò maiestatem planè diuinam ostentare, & præ se ferre, eo vel tantũ nomine, quòd Deum autorem habeat, cum aliæ omnes interim non à natura, sed à discordia genitę sint, quamuis non desint hisce temporibus, qui potius ingenij ostentandi gratia, quàm veritatis amore, nescio cui alteri linguæ principatum tradere, si Deo placet, conati sint, quorum opinionem vti falsissimam, & à veritate prorsus alienam alibi destruemus; nunc vno solo contenti, quòd hactenus à doctioribus ferè omnibus exsibilatur, & exploditur huiusmodi sententia. Quod etsi ita sit, vt Iudæorum literæ extent antiquissimæ omnium, illud tamen nunquam satis mirari potui, eas ipsas semper apud omnes immutabiles fuisse, propriasque tandem ad nos deuenisse, & politiem illam verè diuinam adhuc retinere; cum alię principio rudes, atque incultæ paulatim incrementa susceperint. Ea quidem est huius linguæ polities, & elegantia, vt qui de illa dicendi, scribendive formula antiqua velit deflectere, hunc maximam illi barbariem illaturum, nedum elegantiorem redditurum esse, putandum sit. Hinc ille clamor, hinc illæ ad sydera voces, hanc linguam barbarie plenam, duram, asperam, atque intellectu difficilem; ob eamque rem tanquam inutilem, imò Christianæ Reip. damnosissimam fugiendam, quin & propulsandam esse affirmantium, atque mehercle non iniuria, cum videant nonnullorum scripta, qui passim dictitant, se Iudaica lingua scribere, ea asperitate esse, eoque sermonis barbarismo scatere, vt ab ipsis etiam Iudæis nequaquam intelligi possint; & quod grauius est, sæpius ob eorum inscitiam scripturæ sacræ sententias peruertere, & ad praua dogmata confirmanda detorquere. Falluntur etenim omnes, qui putant, illam Iudęæ linguæ phrasim perpulchram esse, quæ alieni sermonis modum assequatur. sed non omnes, vt in prouerbio est, Corinthum adire possunt. Quod si qui cœlitus adiuti, studio, labore, & cura, totius linguæ vim, atque illius phrasis efficaciam nacti fuerint, hos non latebit, hasce literas elegantia, copia, facilitate, atque vtilitate alias omnes longe post habere. His inquam ornatè, & copiosè, atque numerosa oratione; illaque omnium facillima de vnaquaque re disputare haud difficile erit. Nam si doctrinam quærimus, nullam hac lingua doctrinis copiosiorem inueniemus, cum omnes tùm diuinæ, tùm humanæ etiam scientiæ doctrinas miro quodam modo complectatur, vt, vel Ioannis Pici viri ingenij præstantissimi testimonio, qui mirum Hebraicæ linguæ ordinem scrutatus sit, atque illum scitè, & rectè in scientijs seruare noscat, perfectam cuiusque scientiæ inueniendæ normam, & regulam habeat. Si facundia quæritur, quæ facundior, elegantiorq; lingua inueniri possit, non video. Si dilucidam breuitatem appetimus, nulla breuior, dilucidiorq; est. Nullus Orator cùm Latinus, tùm Græcus Mose, Iesaiaque dictionum puritate, & sententiarum grauitate facundior est. nullus Poeta Dauide Iobóque figuris, & tropis in versu argutior. nullus Hystoriographus Samuele fidelior. Mitto, Deum hac lingua consilia sua hominibus aperuisse; legem mortalibus Hebraico sermone inciśam attulisse; Adamum vxorem suam אשה *Isah* à se ipso איש *Is* nominasse, Christum totius humani generis Redemptorem יהושע *Iesua* Iudaica dictione nominari voluisse, & Hebraica lingua Discipulos, & Paulum ipsum etiam post in cœlis ascensum allocutum esse; omnia scilicet vt nota præterco. Quantam denique vtilitatem ex hac lingua capiant, qui Theologiæ studeant, non est quod dicam, cum

ita mystica sit, vt infinita penè mysteria in se recondita contineat, quę à solis verè Christianis dignosci possunt. Hinc enim illa, quam קַבָּלָה vocant, omnibus alijs linguis incognita, orta est scientia. Hinc fit, quòd vlla Bybliorum translatio vix possit nobis satisfacere, cum infinita legis arcana Iudaicis includantur literis, quæ omnia statim amittes, si in aliam linguam transtuleris. Sunt quidem, vt se habent prophetica verba, Iudeæ literæ, vt ignis, & tanquam malleus confringens lapides. nam sicut ex silice percusso exilire solent penè infinitæ scintillæ, quæ prius latebant; sic infinitas sententias sæpe ex vnica dictione Iudea excuties. Huc spectant Dauidis verba, cum diceret. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Necessariam igitur esse Christiano viro cognitionem linguæ Hebraicæ, vt asseram, hæc est ratio. Nam si non nobis solùm, sed Patriæ imprimis, Catholicęque pietati natos nos esse, illisque omnia debere credimus; si non bruta, sed homines naturam nos effinxisse, ac Dei ingenitam cognitionem nobis infudisse cogitemus, non video, cur non omni cura, ac labore quandoque à cunis huius seculi diuulsi, iter planius, & facilius suscipiamus, quo disciplinas omnes, Deumque ipsum omnium disciplinarum finem apprehendere, & eo perfrui perpetuo possimus, ad quod consequendum, nihil in vita haberi potest vel vtilius, vel certius quàm scriptura sacra, Hebraicis præsertim caracteribus, à diuinis illius authoribus, & vatibus, (vt de veteri testamento solùm dicam) descripta; hoc saltem nomine amplectenda, & eo charior tenenda, quòd veritate sensuum, & sanctitate dictionum, eam id totum optimè præstare; nullum vnquam dubitasse compertum est. Quod si obijcias, Christianis Hebraicas scripturas suspectas debere esse, vtpotè à Iudæis corruptas, & deprauatas Christianorum odio; nolim tam præcipitem sententiam te ferre in re tam incerta, nã si id asseris, quid tandem obsecro nobis agendum erit? Byblia Hebraica, vt ais, corrupta sunt. translationem LXXII. iam penitus interceptam, vel saltem deprauatam esse; nonnulli non minimi ingenij viri volunt. de vulgata vero translatione, quidam grauissimi Doctores dubitant, an sit Diui Hieronymi, vel alterius, quam etiam in compluribus locis deprauatam esse conqueruntur, vt ex textuum varietate videre licet. Ergo ne omnia à nobis sunt reiicienda, vel tanquam incerta saltem animo dubio semper retinenda? Hoc omen Deus auertat. Verùm hoc argumentum in sequentibus tractandum est.

De Translationibus, & an Hebraica Byblia corrupta sint.

CErtum est, Hębraicum textũ omnium aliarum translationũ fontem esse, ad quem recurrendum sit, quotiescunq; aliquod dubiũ alijs translationibus accidat. Verum enimuerò cum in Ecclesia Dei necessaria sit aliqua tralãslatio, meritò sancta Synodus sessione quarta Cõcilij, quod Tridẽti actũ est, decreuit, vulgatã editionem solam legi in Ecclesia, & pro autentico quodam ab omnibus teneri debere, cum hæc, & simplicitate verborum, & puritate locutionum quammaximè ad Hebraicam veritatem accedat, quæ & si verbis in omnibus ei non consonet, tamen quia tùm ab ea veritate ipsa Catholica non dissentit, tùm quia sola antiquitatis eius diuturna veneratione, summum honorem, auctoritatemque in Ecclesia Christi sibi vendicat, iure optimo cunctis alijs translationibus à quouis hominum factis sine aliquo dubio præferimus, quòd illas ad Hebraicam veritatem comparatas penitus imperfectas esse videamus. Sed de lectione Hebræa, an deprauata sit cum de Græca prius, Chaldaica, vulgataque translatione quædam præfati fuerimus, dicemus. Septuagintaduo ex Hebraico Græcè transtulerunt. Esto verò, quòd tota Byblia transtulerint, (nam non minima est eorum coniectura, qui arbitrantur, eos solum Pentateuchum transtulisse) quòd fuerint benè docti literas cùm Hebræas tùm Græcas, quòd adiuti à Deo in ea translatione fuerint, sicut fertur ob illud, quòd diuisi quibusdam cellulis, nihilominus vnã eandemque interpretationem habuerint; esto etiam quòd adhuc inueniatur integra, & incorrupta eorum translatio, an tandem putas, eam esse puriorem, sanctioremvè ipsa lectione Hæbraica, & illi præferendam esse? Nonne & Propheræ à Spiritu sancto edocti sua vaticinia ediderunt? Non præfero, inquies, lectioni Hebraicæ incorruptæ, sed huic hodiernæ deprauatæ. Nolim nunc contendamus, an deprauati sint Hebræorum libri, sed satis superque sit, quòd fatearis, lectionem Hebraicam incorruptam præferendam esse translationi LXXII. etiam si integra, & incorrupta inueniretur; ex quo illud sequitur, multo magis præferendam esse, si deprauata tantùm inueniatur. Vide nunc, an ratione pari si demus lectionem Hebraicam esse deprauatam, liceat nihilominus eam præferre translationi LXXII. similiter deprauatæ. Translatio Chaldaica facta est à pluribus. Hebręi illam nominant תַּרְגּוּם idest interpretationem, & arbitrantur, Ionathan quendam ex discipulis Hilel, qui fuit circiter annum 100. ante destructionem Templi, paulò scilicet ante Christum natum, transtulisse Pentateuchum & Prophetas. Extat adhuc eius Targum in Prophetas, Pentateuchi verò interciditse conqueruntur. Nos tamen superioribus annis illud Venetijs vidimus, quod sic incipit, 'מִן אוּלָא גְּרָא יי, cum aliud Oncheli scilicet dicat, 'בְּחוֹקְמָא גְּרָא יי, & Hierosolymitanum habeat, 'בְּקַדְמִין גְּרָא יי, & dedimus operam, vt hæc tria Targumim simul imprimerentur; verùm alijs occupationibus distracti, hactenus non potuimus, illud assequi, sed tandem ab alijs prælo mandata sunt. Onchelos, quem Iudæi putant fuisse Titi Imperatoris ex sorore nepotem, Pentateuchum transtulit. Aliud Targum in Pentateuchum, quod Hierosolymitanum appellant, sine certo autore, à nonnullis Aquilæ cuidam proselyto attribuitur, vnà cum agiographorum Targum. In librum Ester inueniuntur duæ translationes Chaldaicæ. Ex harum translationum Chaldaicarum antiquitate licet comprehendere, an Iudæi scripturas suas deprauauerint. Quis vero communis æditionis autor fuerit, nondum consensu omnium apertum est. Steuchus noster arbitratus est, esse Diui Hieronymi æditionem, quod à multis alijs pernegatur. Psalterium quidem, quo nunc vtitur vniuersalis Ecclesia, non esse Hieronymi satis manifestum est, cum extet eius genuina versio, quam fecit in Psalterium iuxta Hebraicam veritatem. Extat & alia æditio Hieronymiana in Ecclesiaste, quæ valdè à recepta æditione dissidet. Hinc nonnulli coniectant, æditionem Hieronymianam interijsse, vel saltem ab aliquo æmulo emendatam, aut magis corruptam esse. Quidam insuper arbitrantur, hanc æditionem vulgatam esse, vel Theodotionis, vel Aquilæ; vel Symmachi, aut omnium, quam Latinus aliquis cultiori ador

nauerit stylo. Sed de re tàm dubia alij viderint. Dubitatur igitur, an hæc translatio facta sit ex Hebraica lectione, vel ex aliqua Græca translatione, quæuis illa fuerit, vel tandem ex Chaldaica interpretatione, vel potius, vt mihi videtur, ex omnibus. Quòd si asseramus, factam ex Hebraica lectione, idem est iudicium de hac & LXXII. non esse videlicet illi præferendam, nisi ea ratione, quòd Hebraica deprauata putetur. Multò minus præferenda est, si dicamus factam ex translatione LXXII. quæ, sicut diximus, nisi deprauata non inuenitur. Adde & eam rationem, quam mox attingemus, de vocibus Græcis æquiuocis à vulgato in alium sensum à mente translatoris Græci detortis. Ex Chaldaica verò translatione sola, æditionem communem non fuisse factam, illud satis arguit, quod Targumim sæpius meri paraphrastæ non translatores sunt. At quisquis tandem fuerit eius autor, & vnde eam sumpserit, & si dubium esse velis, non est tamen aspernendus, quin potius summopere amplectendus, & admirandus ob ingenij perspicuitatem, & translationis puritatem. Nec obstat, quòd in pluribus ab Hebraica lectione verbis disideat, cum pari difficultate laboraturus sit, quisquis etiam doctissimus Byblia transferre voluerit, id quod à translatore non prouenit, sed à mira intelligentia linguæ Hebraicæ, de qua mox nonnihil dicemus, & melius ex Thesauri nostri studio cognoscetur. quæ ratio potior est, vt Hebraicam lectionem summopere amplectendam esse ducamus. Quicquid verò diuersi ab Hebraica lectione hodierna vel est, vel videtur esse in translationibus, & præsertim in vulgata æditione, tribus de causis accidisse crederem. Quarum altera ex ipsa translatione, vel Græca, vel vulgata. altera ex Hebraica lectione. ultima ex omnibus prouenit. Harum prima est vocum æquiuocarum, vel alia quauis ratione translatarum, cùm Græcarum, tùm et Latinarum significatio, quòd vnico exemplo comprobare sat superque fuerit. Dauid Psal. 110. ait, עִמְּךָ נְדָבוֹת בְּיוֹם חֵילֶךָ Græcus verò interpres, quod Hebraicè erat נדבות promptitudines, transtulit ἀρχὴ voce ambigua, quæ & principium, & magistratum significat. hinc Latinus eam pro principio intellexit, cum magistratum ad Hebraicam veritatem magis accederet. Secunda causa varietatis est, multarum dictionum dubia lectio, & varia intelligentia, quæ Hebraicæ linguæ frequenter accidunt, vel ex vocalium punctatione, vel ex dictionum radicis similitudine, vel tandem ex vocum translatione, vel idiotismis non bene intellectis, quæ omnia, quoad fieri licuit, nos discutimus in nostro Thesauro, & ob id satis erit, supradicto exemplo Dauidis demonstrare, quid sit hoc, quod dicimus. Nam quod hodie legitur עַמִּי *Amechà* populus tuus, Græcus interpres vnico puncto vocali mutato עִמָּךְ *Imechà*, tecum, & quod Hebraicæ est חַיִל dictio multa significans, quam Græcus transtulit δύναμιν, Latinus interpres, virtutem reddidit, cum exercitum significare, & Græcus interpres, & orationis Hebraicæ sententia insinuent. Vltimam varietatis causam omnibus communem, eam esse, quam & alijs autoribus frequenter accidisse, compertum est, nullus sanæ mentis dubitabit, errorem videlicet librariorum, vel ob inscitiam, vel semidoctorum intelligentia, vel incuria saltem aliquid peruertentium. Judæos autem deprauatas scripturas habere, & in aliquibus potissimum locis ex scribarum inscitia id prouenire, vt dicerem, me compulit duorum ex ipsismet Iudæis testimonium, & si vix illud crederem, cum nota sit diligentia eorum propè nimia pro conseruandis Byblijs incorruptis, in compilatione operis illius, quod Masoreth nominant. Ast Abraham quidam bar Hyah Hispanus in libro de Aduentu Messiæ, quem abhinc 400. annis scriptum præ manibus nos habemus, versum hunc Iob 7. 1. הֲלֹא צָבָא לֶאֱנוֹשׁ עָלַי אֶרֶץ וְכִימֵי שָׂכִיר יָמָיו: adducit, & interpretatur, cum nihilominus hodie pro שָׂכִיר Iudæi שׂוֹטֵר constanter legant. Legitur etiam de Samsone Iud. 16. 31. quòd viginti annis Israelitis iudicauerit, cum nihilominus in Hierosolymitano dicatur, in eorum exemplaribus quadraginta annos inueniri; aiunt siquidem. Samson viginti annis tantum iudicauit. Quare igitur cum quadraginta annis iudicasse scriptura sacra asserit? Vt hinc scilicet aperte scias, timorem eius per viginti annos continuos post mortem in Philisteos perseuerasse. Dauid insuper ille Chimhinus apud Hebræos Grammaticorum facilè princeps in libro שרשים adducit nonnulla, quæ vel non inueniuntur, vel aliter leguntur in Byblijs, sicut videre licet in codicibus manu scriptis; nam in impressis eodem scelere à Iudæis ablata sunt, quod etiam fatsus est quidam Samuel in illa epistola, quam posuit in fine huius operis, in impressione Neapolitana, quæ facta est anno Domini 1490. & huiusmodi est.

הנני הצעיר הבא על החתימת מתנצל לכל קורא בספר השר'הזה יען שומטה עיני עליו בהזנחתו כל ימי משך המלאכה: כי עברתי עליו ואראה והנה
בו פסוקים אשר לא מצאתים בכל המקרא בשרש בנה וכנה עליה קורהו: נושעים בי'אלהיכם: מוכנים בית יי': ונבלותיך אגלה: ויהיו תאמים
מלמעלה: בין ריב לריב: ויעמידם לפני פרעה: והפעל הקל ממנו והשחדו שחדו: כל אחד בשרשו: ויען כי כן מצאתים בכל
הספרים אשר היו לפני לא שמתי השגחתי לתקנם: אך שמתים הנה בסיף הספר למזכרת למעיינים למען ידעו: כי מאתי לא יצאה זאת: כי האמנם
ביחד ההגהה אחשב כי אמץ יי'וחזק ורועותי עד אשר דבאתיו לתכלית טוב והגון: וכל קורא בו ידע ויבין ממוצא דבר כי כן הוא: נאום הצעיר
שמואל בכ"מ מאיר לשיף ישי'ו פה נאפולי בירח אלול לק"ן לפ"ק:

Cuius hæc est sententia En ego subscriptus legentem animaduerto, quòd totum hunc librum in hac impressione correxi, & inueni in eo sententias, quæ non reperiuntur in Byblijs; nempè in radice בנה legitur וּבָנָה & ædificabit super eam lineam inanitatis, nec inuenitur nisi וְנָטָה & extendet. In radice ישע est נוֹשָׁעִים saluati in domino Deo vestro, nec usquam reperitur. In radice כון habet מוּכָנִים aptati (in) domo Domini, nec legitur, nisi apud Ezechielem מוּכָנִים לָבַיִת aptati domui. In radice נבל est, וּנְבָלוֹתַיִךְ & fatuitates tua detegam, nec vspiam inuenitur. In radice עלה & erunt gemini מְלַמְעָלָה superius, & nunc legitur מְלַמַּטָּה inferius. In radice ריב inter רִיב לָרִיב litem, & litem, & nunc legitur inter דִּין לַדִּין iudicium, & iudicium. In radice עמד ait, וַיַּעֲמִידֵם & stare fecit eos ante Pharaonem, nec inuenitur nisi וַיַּצִּיגֵם & statuit eos. In radice בוא ait, masculi excepta pube, nec vspiam legitur. In radice שחד est, & verbum Cal ex eo וְהִשְׁחַדְתָּ nec inuenitur nisi secunda futuri fœminina & Imperatiuus pluralis שְׁחַדוּ Et quia inueni hæc in omnibus exemplaribus, nolui ea immutare, vel corrigere, sed posui in fine operis, vt cognoscant omnes, me non fuisse horum autorem. Reliqua verò à me sic correcta fuere, vt iudicem, ea altera correctione non indigere. Ego minimus Samuel filius Rabi Mair Latiph. Neapoli mense Iulio anno 250. iuxta paruum computum, hoc est supra 5000. annis à creatione mundi. Legitur insuper in libro Raboth dicto, in Elle Semòth trigesima octaua diuisione, super illud, Et hoc est verbum; in hunc modum. Hoc est, quod scribitur Psal. 26. 6. Lauabo (in) puritate manus meas לשמע, vt audiam in voce laudis, vel confessionis.

Quid ? ad offerendum etiam vitulos? Minime, quin potius לשמע ad auſcultandum in voce confeſsionis. Et poſt pauca. Idcirco Dauid non inquit,ad offerendum,ſed לשמע ad auſcultandum in voce confeſsionis, qua ſci licet verba legis eſſe vera tibi confiteor. Iudæi nihilominus hodierni pro לִשְׁמֹעַ *Liſmoa* ad audiendum, ex Maſara conſtanter legunt לִשְׁמֹעַ Laſmia ad audire faciendum punctis vocalibus immutatis. Ex his videtur, verum eſſe, quòd Hebraicæ ſcripturæ deprauatæ ſint, & ſi excuſare poſſumus, Abraham illum, & Dauidem Chimhinum à memoria deluſos, illas ſententias adduxiſſe, quæ non inueniantur in Byblijs, vel aliter legantur. Sed de hac re aliorum quoque cupio ſanum audire iudicium. Sunt quidem in Byblijs infinitę dictiones, quæ aliter ſcribuntur in textu, & aliter à Iudæis leguntur, quas nos conati ſumus ſingulis ſuis locis in Theſauro reponere, & lectorem de varia lectione admonemus. De his variæ ſunt Doctorum ſententiæ. Quidam arbitrantur deprauatas extitiſſe, quoad venerit Eſdras, qui tamen veritus eas à loco mouere, additis tantum punctis vocalibus ab illis dictionibus diuerſis, vel in margine ſubſtitutis alijs,eas correxerit. Alij putant à Prophetis dedita opera, ob aliquod myſterium denotandum, ita poſitas fuiſſe. Idem iudicium habent de aliquibus dictionibus,quæ vel ſcribuntur,& non leguntur, vel econuerſo leguntur,& ſi non ſcriptæ ſint. Idem iudicium de Vau poſito pro Iod; vel è conuerſo de Iod poſito pro Vau haberi volunt. Noſtrum vero iudicium quale ſit, in ſingulis huiuſmodi dictionibus exponemus. Certum nihilominus eſſe,quidam ex noſtris aiunt,Scribas decem & octo Scripturæ locos correxiſſe,vel certè deprauaſſe, & in aliquibus locis etiam Vau copulatiuum ademiſſe, quod falsò (vt Iudæi excuſant) ob inſcitiam vulgi irrepſerat,ſicut & illis locis aliquid immutaſſe ob reuerentiam diuinam volunt,quale eſt illud Sam.1.3.13. Quia vilipendunt לָהֶם ſibi (ſeipſos) filij eius; ſcriptum erat לְאֵל Deo, (Deũ) ſed Scribæ ſubſtituerunt לָהֶם & illud Ezec. 8.17. Et en ipſi porrigunt palmitem ad אַפִּם naſum ſuum; legebatur prius אפי naſum meum,& huiuſmodi. Iudæi verò de his aliam ſententiam habentes,id totum rident; nam illis ratum,& firmum eſt,ſcripturam ſacram,à Prophetis,vt nunc habetur,deſcriptam,nunquam immutatam fuiſſe, nec deinde immutandam,Diuinosque illos viros ob reuerentiam Diuinam ea loca ſic edidiſſe,cum nihilominus eorum mens eſset,aliud intelligere,quemadmodum & orationis filus expoſtulare videtur, quod deinde à Scribis cum viderent, ſapientiam antiquorum paulatim obliuioni tradi,apertum,manifeſtumq; factum eſt. Dicam apertius,ſi potero; in ſupra poſitis exemplis. Prophetæ mens erat dicere, quia vilipendunt לְאֵל Deum; & en ipſi porrigunt palmitem ad אַפִּי naſum meum; verùm certis de cauſis viſum eſt ponere לָהֶם & אַפִּם cum interim ſapientioribus tantum indicaſsent legendum, vel ſaltem intelligendum eſse לְאֵל & אַפִּי. Scribæ verò ſequentibus temporibus,ne hæc deperderentur ob continuas Iudæorum captiuitates, dubitantes, omnia ea loca deſcripſerunt,& in vulgus emiſerunt. Hæc eſt Hebræorum de correctione Scribarum ſententia, quam & ſi vero ſimillimam eſse dicam,nolim tamen à noſtris vt Catholicam ſtatim recipi. Cæterum ne plura errata in lege irreperent,prouiſum eſt ab Hebræis Eſdræ tempore opere illo admirabili,quod Maſoreth appellarunt, in quo ordine & modo propè diuino omnia,quæ in Byblijs ſunt enumerarunt, & quot, quoque modo ſcribantur, edixerunt. Age nunc videamus, an Iudæi ipſi deprauarint ſcripturas, Chriſtianorum odio, quemadmodum à nonnullis obijcitur,& nos etiam propè compulſi ſuperius dubitauimus; quod ſi verum eſt,corrupiſse illas, vel ante Chriſti natiuitatem,vel poſt; & quidem vel ſententias mutaſſe, vel dictiones,vel puncta vocalia,neceſſe eſt. Nulla autem erat cauſa deprauandi ſcripturas ante Chriſtum natum, neque potuiſse corrumpere eas poſt natiuitatem eius,cùm propter Chriſtianos, apud quos erant Byblia,tàm Hæbreæ, quàm Græca ex translatione LXXII. tùm propter Maſoreth illud credendum eſt, niſi omnes Iudæi, qui per vniuerſum orbem diſperſi erant, conueniſſent, vt hoc agerent, quod nunquam legitur,eos actitaſse,& tamen apud omnes conſtanter vnicus eſt Bybliorum textus. Adde, eos credere, Byblia vel vera, vel falſa eſse; quòd ſi vera, non mutanda; ſi falſa,cur credenda? Quin extat præceptum diuinum apud Moſen,de non addendo aliquid ſcripturæ ſacræ, nec detrahendo, quod à Iudæis nimis quàm ſuperſtitiosè obſeruatur,ita vt nullum dubium ſit,unquam eos tàm temerarios futuros eſſe, vt audeant,vel vnum apicem immutare,ſicut & à Chriſto Saluatore illis verbis prædictum eſt; Amen dico uobis, quòd unum Iota, nec unus apex præteribit à lege,donec omnia fiant. Diuus inſuper Hieronymus ſuo adhuc tempore Byblia Hebręa incorrupta eſse,quandoq; teſtatus eſt. Quod ſi corrumpere ea uoluiſsent, ut uaticinia de Chriſto ſupprimerẽt,cur omnes locos actiones Chriſti cùm diuinas, tùm humanas exprimentes, non deprauarunt? cur inſigniores reliquerunt? Qualis eſt Ieſaię locus cap.53.Ecce intelliget ſeruus meus,&c. qui maxime eos torquet, cum adamuſsim paſsionem Chriſti deſcribat? Et alter Zac.12. Et aſpicient ad me vnà cum illo, quem confixerunt? & huiuſmodi ſexcenti? Sed demus eos deprauaſſe vaticinia Chriſti,ſaltem cætera non corrupiſſent,cum nihilominus infinitis ferè locis videatur ędito communis ab Hebraica lectione ſaltem verbis diſſentire. Dicesne amabo hæc omnia à Iudæis corrupta,cum videas, nullam corruptionis cauſam extare? Conſtabit verò abſque vlla controuerſia, Iudæos nullas ſcripturæ ſententias immutaſſe', ex ipſa æditione communi, ſed nec dictiones, niſi admodum paucas, ſi rectè iudicare voluerimus. Neque tamen illud ſtatim ſequitur,(vt quidam vellent) ex Hebraica lectione bona, factam fuiſſe editionem communem Latinam non bonam, cum vtranque lectionem approbemus, quæ & ſi verbis diuerſæ, non tamen contrarię ſunt. Potior igitur diuerſitatis cauſa (quando manifeſtum factum eſt,Iudæos non corrupiſſe ſcripturas omnes in vniuerſum prouenit à dictionibus Hebraicis,quemadmodum ſuperius dictum eſt,& nunc iterum libentius inculcamus,vt cognoſcas,Iudęos tanquam ſacrorum voluminum corruptores non tàm facilè damnandos eſſe, cum etiam ex lectione Hebraica hodierna & facilius, & dilucidius Eccleſiæ ſanctæ dogmata demonſtrari poſsint. Sunt quidem infinitæ dictiones Hebraicæ,quæ varios ſenſus habent; ſunt aliæ, quæ poſſunt ex diuerſis radicibus deriuari, & ob id diuerſimode exponi; ſunt multæ aliæ,quæ punctis vocalibus deſtitutæ,varias intelligentias habent; ſunt denique nonnullæ aliæ,de quibus mihi videtur rectè poſſe nunc dubitari, quid ſignificent,cum omnes interpretes,varient in illarum ſignificatione', quod non minimum ſignum eſt de earum incertitudine. At quando incidimus in mentionem punctorum vocalium, quæ ſunt principalis cauſa diuerſitatis communis editionis ab Hębraica lectione

hodier-

hodierna,cum dictiones non punctatę poſsint vario legi modo,quando verò habent puncta vocalia adiecta, vnũ duntaxat prę ſe ferant ſenſum iuxta punctationis formam; videndum eſt, an ſint huiuſmodi puncta nouũ quoddam Iudęorum inuentum,quemadmodum plures arbitrati ſunt,nonnullis adducti rationibus,nempè quòd (vt aiunt) non eſſent neceſſaria,cum eorum vices ſupplerent literę,quieſcentes אהוי, nec inueniatur de illis mentio apud vllos Hebręorum ſcriptores antiquos; ſed nec Diuus Hieronymus eorum vſquam meminit, cum tamen alioquin omnes literas conſonantes nominatim ponat. Addunt,puoctorum nomina maiori ex parte eſſe ſyriaca, quod nonitatem eorum arguit. Arbitrantur autem Eſdram ſcribam, ne dum puncta vocalia, verùm & accentuum figuras ſacris Codicibus adieciſſe,quamuis alij ſint qui aſſerant, puncta vocalia à Iudęis Tyberiadis cõmorantibus adinuenta,qui ſemper in lingua ſancta cultiores,& politiores fuerunt. Elias ſanè Germanus Grammaticorum Hebræorum princeps in libro Maſoreth hamaſoreth de omnibus his pluribus diſputat; cuius orationis hęc eſt ſumma. Intendo, inquit, probare, quis adinuenit puncta uocalia,& quando addita ſint literis. Si quis autem me redarguet, cedam. Verum hactenus nihil penitus audiui,quod dignum ſit recipi, vt puncta uocalia data fuiſſe ex Sinai credamus. R.Dauid Chiminus uidetur aſſerere,quòd data ſint ex Sinai in Michlol,quãuis & in eodem libro contrarium tenere uideatur. Autor libri Semadar idem aſſerit ex illa ſententia Deut. 27. & ſcribas ſuper lapidibus omnia uerba legis huius, declarando bene. Quod non poſſemus aſſequi ſine punctis; ut in his uocibus, שְׁלַמָּה שְׁלֹמֹה שְׁלֵמָה שְׁלֻמָּה. Ex Simſoni in Maſara. Equidem puncta uocalia data fuerunt ex Sinai, ſed poſtea obliuioni tradita, quoad ab Eſdra iterum reuelata ſunt. Ad hęc Elias ipſe reſpondens, inquit. Liber legis Moſaicę erat deſtitutus punctis, accentibus, & ſententiarum diſtinctione, ſicut etiam hodie uiſitur; Hinc Cabaliſtę totam legem aiunt, eſſe tanquam unicam ſententiam. Si igitur Deus dedit Moſi puncta,oſtendens illi figuram eorum, & nihilominus ea non addidit,quid hoc profuit? Quod ſi addidit, cur nunc in Pentateucho non inueniuntur? Ridiculum eſſet quidem dicere,ea deperdita fuiſſe,uſque ad Eſdrę tempora. Aſt ego cenſeo,quòd anno quadringenteſimo trigeſimo ſexto poſt deſtructionem templi abſolutum fuit Doctrinale, & deinceps puncta adinuenta fuerunt à Tiberienſibus, qui & Maſſara confecerunt; In eo quidem libro,& in omnibus alijs Medraſcim nulla mentio punctorum fit,quod mirum eſt,cum uel ſaltem ſemel Patah, uel aliud nomen punctorum,uel accentuum inueniri debuiſſet. Neque illud mihi obijcias, ne legas, & omnes בָּנַיִךְ filij tui, ſed בֹּנַיִךְ ędificatores tui; Eſa 54. Ne legas וַיָּשֶׂם & ponam, ſed וַיָּשָׂם illuc, Pſal. 50. & huiuſmodi, quia hoc totum pro me ſtat; nam ſi puncta fuiſſent ex Sinai, quis auderet ex בֹּנַיִךְ facere בָּנַיִךְ; & וַיָּשָׂם ex וַיָּשֶׂם? Nullus ſanè. Hinc in Baba bathra legimus, Ioab magiſtrum ſuum interfeciſſe,eo quòd pro delebis אֶת זֵכֶר memoriam Amalec,legit אֶת זֶכֶר marem,quod non accidiſſet,ſi puncta fuiſſent addita. Adde, quòd nomina punctorum non ſunt Hebręa, quod nequaquam eſſet, ſi ex Sinai diuulgata fuiſſent. Quòd ſi dicas, qua ratione igitur hanc linguam pueri addiſcebant? An ignoras, quòd unuſquiſque eam ex matris uberibus unà cum lacte ſugebat,utpotè,quę natiua,& propria omnium eſſet? Hactenus Elias. Mihi uero eſt ab omnibus diuerſa ſententia,quam in ſequẽtibus exponam.

Puncta vocalia vnà cum literis apud Hebræos ſemper extitiſſe vero ſimilius eſt.

LITERAS Hebraicas conſonantes, & puncta vocalia ſimul inuenta,& huminibus tradita eſſe, ſiue à Deo, ſiue à quouis alio crederem; nam ſecus hæc lingua omnium aliarum eſſet imperfectiſſima, cum nihilominus abſolutiſſimam eſſe conſtet; An putas tãdem eſſe veriſimile, ſonum vocalium ſentiri quidem, ſed non deſignari poſſe, quemadmodum conſonantium ſonus,cui etiam figura data eſt? Nulla igitur certa doctrina poterit tradi, de hac lingua, cum omnia poſſint diuerſimodè legi, vt futura ſit maior confuſio vnicæ huius linguæ, quam illa Babylonis, de qua ſcripturæ meminerunt. Certum eſt quidem, vt oẽs ferè volunt, Byblia ſacra punctis deſtituta data fuiſſe Moſi à Deo (quamuis in libro Midras Eſter car.204. in fine probetur, diſtinctiones ſententiarum, puncta vocalia, & huiuſmodi,data fuiſſe Moſi in Sina.) ſed nequaquam illud ex eo ſequitur, quòd tunc temporis non extiterint puncta vocalia, quaſi tunc etiam literæ primum inuentæ fuerint, cum tamen credendum ſit, multas antiquitatum ſcripturas apud Hebræos conſeruari à diebus Abraham, ne vlterius dicam,vſque ad Moſem.Pari ratione,& nunc poſſemus arguere,puncta vocalia non inueniri,quia volumen legis,quo Iudæi in ſynagogis vtuntur,punctis careat,quæ etiam nephas eſſet,illi addere. Aſt alia de cauſa Byblicus textus punctis non diſtinguitur, nempè vt ait quidam Rabi Menahem ספר תורה ש שבי הרבה פנים איבו נקוד, hoc eſt,ob varios intelligendi modos, quos habet, cum eſt punctis deſtitutus, & eos ſtatim amitteres, ſi puncta vocalia velles addere. Hoc fuſius declaratur à quodam Rabi Bechaio ſuper illud Num.11.15. ואם ככה את עשה לי, ſi verò ſic agis mecum. Nam in libro legis (inquit) punctis deſtituto, poteſt legi; ſi vero ſic עִשֵּׂה agis mecum,(ob aliquot myſteria ſcilicet,de quibus ſuperius ediſſerit) quandoquidem conſonantes ſine punctis vocalibus,varias & ornatas intelligentias habeant, qua de cauſa præceptum habemus de non addẽdis vocalibus libro legis,quòd vnicum tantummodo ſenſum haberent dictiones cum illis; ſine verò varias, & miras ſignificationes emittunt; ſicut eſt illud Gen.22.12.Nunc יְדַעְתִּי cognoui, qu d timeas Deum; potes etiam legere יְדִעְתִּי ſcire feci (manifeſtaui,)& illud Exo.2.5. & miſit אֶת אֲמָתָהּ famulam ſuam; potes legere, & extendit אֶת אֲמָתָהּ cubitum (brachium) ſuum· & alia huiuſcemodi infinita. Friuolum autem eſt dicere, quieſcentes אהוי ſupplere vices vocalium; nam ſi id verum eſſet, infinita א lege detracta eſſent, contra præceptum Dei, vel vnicum ſaltem א huiuſmodi, & nunc in lege inueniretur. Legitur ſemel קָאם in Prophetis, alia fortaſſe de cauſa; in Moſe verò nunquam tale א repe-itur. Quid verò, quòd in Pentateucho Iod,& Vau ſemper ferè ſuppreſſa ſunt, quamuis alioquin eſſent deſcribenda,ad denotandum Hirec, & Holem puncta vocalia maiora ſecundum præcepta Grammatices? Eant nunc, qui dicunt אהוי ab antiquis pro vocalibus poni ſolita fuiſſe. Porrò mirari deſinant, quòd nullus antiquorum Hebræorum mentionem fecerit de nominibus vocalium, cum viderint, idem poſſe eſſe iudicium de conſonantibus, quorum nomina nunquam leguntur in ſacris literis,cum nihilominus earum figuræ deſcriberentur. In-

ueniun-

uenluntur tamen in libro Zohar præcipueque ante distinctionē אלה תולדות fol. 24. fac. 2. impressionis Mantuanæ punctorum vocalium, & accentuum nomina, cuius autor satis antiquus est, & illis multa scripturæ sacræ mysteria recludit, & si non desint, qui causentur, librum nuper in multis locis corruptum fuisse, & ob id de fide illius dubitandum esse. Sed & Diuum Hieronymum caruisse sacro Codice, qui notulis, & punctis esset distinctus, nihil mirum est, ita vt hac de causa eorum non meminerit; verùm ob id nolim subinferas, punctorum notas non inueniri; nam si Esdras, (vt plures asserunt) puncta adinuenit, quæ fuit causa obsecro, cur Hieronymo visa non sint, cum ante eius ætatem adinuenta fuerint? Quid verò quòd Hier. ad Euagrium scribens de Melchisedech, Epist. 6. vocalium mentionem hisce verbis facit? Nec refert verum Salem an Salim nominetur: cum vocalibus in medio literis perraro vtantur Hebræi. In præfatione Samuelis insuper hæc verba legimus. Samaritani etiam Pentateuchum Moisi totidē literis scriptitant, figuris tantū & apicibus discrepantes. Verùm nequaquā illud fateor, Esdram, siue Tyberienses, (vt alijs placet) inuenisse punctorum notulas, sed adiecisse potius dicerem, cum superioribus temporibus nequaquam licitum esset. Apud Sacerdotes tantùm seruabatur Byblicus textus punctis destitutus, & soli eum rectè legere poterant, & plebeis hominibus explanare, quemadmodum à maioribus à Mosis tempestate per manus acceperant; cum alioquin alio, atque alio modo legere possent, nisi edocti essent, lectionis, & significationis modum. Hoc esse verum, probatur ex præcepto Dei, quo vult Regem ab exemplari Sacerdotum describere sibi Deuteronomium solum, sicut legitur Deuteronom. 17. 18. והיה כשבתו על כסא ממלכתו וכתב לו את משנה התורה הזאת על ספר מלפני הכהנים הלוים: Cum sederit (inquit) super solio regni sui, scribet sibi duplicem hanc legem in libro à conspectu Sacerdotum Leuitarum. Hinc desinit admiratio, quòd Helcias Pontifex maximus dixerit Saphano scribæ Reg. 2. 22. 8. ספר התורה מצאתי בבית ה׳ Librum legis inueni in templo. & paulò post ver. 2. ויהי כשמוע המלך את דברי ספר התורה ויקרע את בגדיו. Quum audisset Rex verba libri legis, discidit vestimenta sua. cum, vt diximus, soli Sacerdotes eum asseruarent. Cum verò temporum successu, demerentibus eorum peccatis, multæ irruerent tribulationes, & passim per orbem dispergerentur Iudæi, coacti sunt, sacros codices in publicum tradere, & illis puncta vocalia iuxta literalem sensum addere, ne vulgus lectionem sacram in contrarium sensum detorqueret, & in pernitiem sibi verteret, quod pro salute corporum, & animarum datum erat. Verùm volumen illud legis, quo in Synagogis vtuntur, constanter hactenus punctis caret, vt doctioribus relinquatur locus, interpretandi scripturam, iuxta varios intelligendi sensus, quod secūdum mentem Apostoli est vnum ex Spiritus sancti donis. Hinc Nehemias ait, cap. 8. 9. ויקראו בספר בתורת האלהים מפרש ושום שכל ויבינו במקרא: hoc est, Et legerunt in libro, in lege nempè Dei apertè, & posuerunt intelligentiam, & intellexerunt lectionem. Omnes videlicet tunc poterant legere, quòd puncta vocalia consonantibus adiecissent, cum alioquin, vt sæpius diximus, impossibile ferè esset, rectè scripturam sacram legere. Quod si dicas, Deum igitur dedisse legem imperfectam, punctis destitutam, cum diuersimodè posset legi, & sæpius in contrarium sensum deflecti; nequaquam hoc verum esse fateberis, si memineris, Dei perfecta esse opera; quin hac de causa cogimur dicere, Deum dedisse legem Mosi absolutissimam, & si punctis destitutam, cum illi punctorum vocalium, & accentuum cognitionem perfectam infuderit, quæ dein successiuè Sacerdotibus per manus tradebatur, lege interim maiorem maiestatem præ se ferente, vtpotè hac de causa vulgo ignota. Nam quod attinet ad punctorum nomina, quæ dicuntur esse Syriaca, & ob id nouitatem suam indicare, nihil sanè est. Autores quidem punctorum vel erant docti Hebraicè, vel non; indoctos verò extitisse, nequaquam credendum est, cum punctorum mira, & subtilis inuentio ingenij eorum perspicuitatem arguat. At docti poterant imponere punctis nomina, siue Hebraica, siue Syriaca, quemadmodum magis illis placuisset ob earum linguarum viciniam. Verùm infinitæ dictiones Syriacæ in Mose, & in Prophetis inueniuntur, sicut manifestum ei fiet, qui aliquando Thesaurum nostrum legerit, cum nihilominus nouas eas scripturas esse affirmare, insanæ mentis esset indicium. Quid verò, quòd plura eorum nomina sunt Hebraica, & non Syriaca, vt ipsi vellent? Pathah sanè, Camez, Segol, Holem, Hirec, Hateph, Sceuà, Surec, & huiusmodi voces sunt meræ Hebraicæ. Sola Cere, & Dages videntur esse nomina Syriaca. Ast vt finem aliquando huic quæstioni imponamus, illud satis deberet esse ad ostendendum, quòd necessariè semper puncta vocalia apud Hebræos extiterint, cum alioquin impossibile propè esset, hanc linguam ediscere, nisi longo temporis interuallo, ita vt verum esset de ea illud dicere, Ars longa, vita breuis. Neque mihi nunc obiicias velim, vsu, & consuetudine, vel etiam natura, (vt Eliæ placet) posse legi libros Hebraicos punctis destitutos, absque vllo dubio ne decipiaris, ex diligenti scilicet consideratione verborum tàm antecedentium, quàm subsequentium, quemadmodum & nunc leguntur omnes Iudæorum libri præter Byblia, nam infinitæ sunt dictiones in scriptura sacra, quæ etiam post diligentem considerationem vario modo, & varia significatione possent legi; vt exempli causa apud Mosem sæpius inueniuntur scripta: עשיתם & huiusmodi, quæ nisi esset punctorum cognitio, scribenda erant iuxta mentem horum innouantium, cum litera quiescenti עשיתם צויתם nam aliàs ego semper legerem עשיתם צויתם & præsertim apud Mosem, qui vna eademque sententia modo ex persona Dei, & modo ex sua loquitur. Alia est autem ratio de lectione hodierna commentariorum, quæ nouitatem horum potius refellit, quàm corroboret, nam ideo cognoscimus, & valemus legere libros Hebræorum punctis destitutos, quia prius didicimus, quæ sint puncta vocalia, & vbi, & quo modo ponenda. Adde, quòd Hebræi non addant puncta vocalia ad fugiendam prolixitatem, & fortasse non nihil errent, cum sæpius occurrant dictiones, quæ alio atque alio modo legi possint. Verùm non magni refert, si Doctorum verba contra sententiam eorum intelligantur; in sacro codice hoc satis periculosum esset, nisi punctorum addendorum extitisset cognitio. Quòd si non est necessaria punctorum vocalium cognitio, quemadmodum isti nouatores eorum asserunt, cur sine illis non ediscunt linguam Hebraicam? Cur non statim, vt agnoscunt literas consonantes, legunt omnia volumina? At videmus, quòd etiam post diligentem cognitionem punctorum, longumque post temporis interuallum, nisi qui insigniter docti sunt, possunt legere eos libros, qui punctis carent, vt aut dicendum sit, hanc linguam esse imperfectam, quod tamen supra refellimus, aut punctorum cognitionem in ea ne-

cessariè

cessariè requiri. Sed inquies, Diuum Hieronymum non vidisse puncta vocalia, & nihilominus bene doctum in Byblijs euasisse, quasi hinc velis ostendere, quòd puncta non sint necessaria, cum potius contrarium demonstrare deberes, nempè Hieronymum sæpius legisse, secus quàm nunc legitur. Potest & nunc quilibet discere Byblia punctis vocalibus destituta, verùm non statim illud sequitur, puncta non esse necessaria. Magistro quidem autore dices, בראשית ברא אלהים *Bereſcith barà Elohim*, at quid fiet, si alius Berò legendum esse contendat? Videsnè in singulis fidendum esse Magistro, si vocalibus careas? Ergo omnia à Magistro excipienda, tibi ferè nihil fidendum, & ad illud iterum redimus, Ars longa, vita breuis, quæ omnia imperfectionem linguæ demonstrarent. Nullus tamen inuenitur, qui certò asserat, Iudæis non fuisse puncta vocalia, & si dicant, habuisse sacrum codicem punctis destitutum, quemadmodum & nunc habent.

Sed hactenus an semper fuerint, vel non puncta vocalia, dictum sit. Nunc redeat, quo digressa est oratio. Mosem recepisse à Deo legem, fatentur omnes, & eam sine punctis vocalibus descriptam fuisse. Nulla porrò argumenta certa extant, quibus probari possit, nomina, & figuras punctorum tunc temporis non existere; sed verò similius est ex his, quæ diximus, illa semper extitisse, verùm demus, Mosem ignorasse nomina Camez, Pathah, cæterorumque vnà cum illorum figuris, nullus tamen, cui sana sit mens, negare poterit, eum apprimè calluisse sonum, & vim vocalium, ita vt cognosceret, exempli causa, an legendum esset, Bereſcith barà, vel berò; hancque genuinam lectionem sacerdotibus insinuasse; qui eam asseruarunt, quousque addita sunt puncta vocalia, siue ab Esdra, siue ab alio quopiam, nam secus eadem ratio valeret hic, quam supra posuimus, de non addendo, vel detrahendo aliquid à scriptura sacra. Adde, quòd mutassent ea tantummodo in locis, in quibus de fide Christi agitur. Ob ea, quæ dicta sunt, nec æditionem communem damnandam, nec lectionem Hebraicam respuendam esse iudico, sed in illis locis, in quibus diuersa est translatio vulgata ab Hebraico textu, pensitanda sunt verba antecedentia, & subsequentia, quoad inueniatur diuersitatis causa, & tunc de illis sententiam ferre. Quæ omnia cū vera sint, Hebraicam lectionem totis viribus amplectendam esse censeo, cum interim quasdam alias translationes amplectar etiam, suspiciam, & admirer maxime, ne putes me prorsus eas abijcere; Chaldaicam præsertim, & Græcam, & ante omnes Latinam, quam vulgatam nominant, quòd eas in locis deprauatis, vel non benè intellectis, adiumento non modico, inuicem sibi esse videam. Quod & si vtilius esset his, qui ignorant Hebraica, omnes translationes, præter has è medio tollere, & solam vulgatam æditionem Christianitati donare, cum varia lectione in voluminis margine, quæ ex Hebraica lectione, vel ex vtraque translatione Chaldaica, & Græca quacunque de causa prouenire possit; optimum tamen esse censeo his, qui nomine Christiano ornati studeant, ea de rebus diuinis edisscere, quæ huic nomini optimè respondeant, post Græcam & Latinam interpretationem in Hebraicas literas incumbere, quæ eius generis sunt, vt absolutam de rebus diuinis scientiam tradant, quam nemo facilè, sicut sæpius diximus in aliam transferet linguam. Omnia quidem futura sunt facillima his, qui Theologiæ nauant operam, vt omnia Dei abdita perscrutentur, si Iudæorum literis vsi fuerint. Arduum sanè opus est, in sermonem alienum, tàm ignotum maximè incumbere, fateor, sed ita vtile, ita excellens, atque præclarum, vt neminem, quòd in eo laboret, debeat pœnitere, quin est homine libero, Christianoque dignum, ex quo magnam laudem, magnāque gloriam consequetur. Sero quidem, sed tamen aliquādo cognosci cœptum est, quàm ad Theologiam conferat Hebraica lingua. Quare cum eiusmodi sint hæ literæ, & viro Christiano tàm necessariæ, facturum me opere pretium arbitratus sum, si quod fauente Deo, de illis didici, in studiosorum gratiam in medium proferrem, vt vnà cum pluribus alijs, qui in hac vinea Domini laborarunt, qualecunque esset, symbolum conferrē, & pro mea virili Ecclesiæ sanctæ prodessem, si dictiones singulas Hebræas, quæ nunc leguntur in sacris codicibus in ordinem redactas exponerem.

Quid in hoc Thesauro nouo contineatur.

TRACTARVNT idem argumentum, & si non eodem modo, quo nos, quamplurimi tàm Hebræorū, quàm Latinorum, sed hi præcipuè. Primi omnium apud Hebræos fuere Rabi Iudas Hyug Grammaticorum caput, & Rabi Ionas filius Ganah; quorum primus scripsit de consonantibus אהוי, & de duplicibus; alter verò de singulis radicibus Hebraicis librum satis grandem æddidit. Tertius Rabi Salomon filius Abrahami filij Perahonis librum radicum æddidit, imitatus videlicet ferè in omnibus Rabi Ionam, sed breuiori oratione; & hac de causa multas nominum, & verborum formas intermisit. Chimhinus deinde, qui nunc primas tenet, non tàm Iudæorum, quàm Christianorum gratia, qui illum non minimum suspiciunt, & admirantur, scripsit de radicibus ferè ad verbum Perahonis, paucis tantummodo immutatis, vel additis. Ad ea Chimhini addidit plura quidam Rabi Moses Anglicus, sed recto non seruato ordine, nam prius tractauit verba, deinde nomina, & ex verbis prius perfecta, deinde quiescentia, postea duplicia, & tandem quadrata. Post Anglicum scripsit Rabi Ioseph Caspi librum radicum ingentem, quem nominauit שרשות כסף cui vnicus scopus erat, vnicuique radici tradere vnicam significationem, qua de re sæpius coactus est contraria dicere. Breuius scripsit quidam Rabi Ioseph autor בעל הלשון parumque à superioribus digressus est. Vltimus ferè omnium Salomon quidam Almulius librum שרשות גבלות dictum æddidit, in quo satis commodè omnes radices Hebraicas explicauit, collatis inuicem tàm superiorum, quàm aliorum Rabinorum, qui sacras scripturas exposuerint, sententijs. Ex Latinis, qui scripserint τὰ λεξικὰ Hebraica, manifestum est, sed Pagnini Thesaurus præcipuè ab omnibus extollitur. Nos vllum sua laude fraudare non cogitamus. Sanctes non minima laude dignus est, & si Chimhinum solum imitatus sit, qui sæpius à multis Hebræis refellitur, & ab illo præsertim Almulio, quem superius nominauimus. De aliorum Lexicis alij iudicent. Quid verò in nostro Thesauro præstare intendamus, breuiter aperiendum est, ne nostrarum laudum bucinatores videamur. Lingua Hebræa arctis limitibus continetur, nempè in solo sacrarum scripturarum codice, nam alia volumina amiserunt Iudæi propter maximas captiuitates, quas sæpius passi sunt.

Miro autem Dei consilio factum est, vt Byblia sancta vniuersaliter incorrupta, in Christianorum gratiam seruata sint. Ex Byblijs eliciuntur tantummodo 2200. radices, vt quidam asserunt, ex quibus postea plurimæ verborum, & nominum formæ deriuantur, additis vel detractis aliquibus consonantibus, vel saltem mutatis punctis vocalibus, vt in Grammatica docetur. Has radices singulas nos suo loco, & ordine alphabetico reposuimus, & sub illis omnia deriuatiua, quemadmodum & alij fecerunt; sed non ea explicauimus, nam in tyronum gratiam, qui in excipiendis radicibus, non minimum laborant, vltra radicis locum, in quo posita sunt, sed non declarata, ordine alphabetico suo loco ea redegimus, & declarauimus; vt à radice ידע deriuantur הודיע quod ponitur in litera ה ante ו; & מודע in litera מ ante ו; & sic in cæteris; omnibusque deriuatiuis radicem addidimus, vt vel in radice, vel suo loco alphabetico facilè inueniri possint, secus quàm ab alijs factum est; qui rudibus non minimas difficultates ob id reliquerunt, in excipienda radice, cum sæpius inueniantur dictiones, quæ voce similes, originem à diuersis radicibus trahant, vt exempli gratia חוֹבָה & תּוֹעֵבָה, quarum dictionum radices sunt יכח & תעב; sed & nonnunquam vnica dictio potest deriuari à diuersis radicibus, vt עֵדָה emanat à יעד & עור, & hac de causa est vox æquiuoca. Radicibus defectiuis, & quiescentibus hoc modo in tyronum gratiam succurrendum putauimus, vt sub vna, vel duabus consonantibus, quæ solæ nonnunquam in scriptura remanent, poneremus suo loco, & ordine alphabetico omnes radices, quæ hos defectus patiantur. Nunquam verò ex radice deficiunt totę tres consonantes, & si quandoque duæ simul. Quare cum ignoraueris alicuius dictionis radicem, sepone ab eà omnia elementa, quæ possint esse seruilia quauis de causa, vt in Grammatica docetur, & cum vnico, vel duobus quæ superfuerint, require suo loco in Dictionario, vbi radicem inuenies, vt תּ Iod est pronomen, Thau etiam seruire potest, remanetque tantum velis nolis aliud Thau; vide suo loco, & inuenies, ת; interim radices נתן & אתה legas, & obserua dictiones, quæ remanent in scriptura, cum solo ת radicali, vt eas facilius postea cognoscas. Duæ siquidem hæ radices restant aliquando in scriptura cum solo ת, sed ex אתה nunquam veniet תתי iuxta inflexiones grammaticales; ergo ex נתן erit; vide eius inflexionem, & inuenies infinitiuum תת תתי &c. Aliud exemplum in נָקַשׁ ideſt & percussit, possunt esse omnes seruiles literæ. Vau semper in principio seruit, ergo vel Iod, vel Caph est radicale. Vide Iod in Dictionario, & nihil inuenies. Require in Caph, & reperies scriptum. Legas insuper radicem נכה, & obserua dictiones, quæ remanent in scriptura, cum solo Caph radicali. Radix verò נכה percutere significat, & in deflexione defectum duarum literarum patitur. Vel alio modo. Regula Vau est, quòd habet Sceua, sed hic nihil impediente habet Pathah; ergo est Vau conuertens futurum, & Iod est signum tertiæ personæ, sicque restat solum Caph radicale. Idem est, quando remanent duæ consonantes, quæ in illa dictione seruire non possint, vt אעשׂ Ain, & Sin sunt radicalia, require ea in Dictionario, & inuenies עש; lege radices עשׂה עשׂשׂ עוש & obserua dictiones, quæ remanent in scriptura cum his duabus consonantibus. Ex solo autem עשׂה reperies formari אֲעַשֶּׂה, & sic in cæteris. Duplicia eo loco posuimus, quo hactenus ab alijs posita sunt, sed & suo loco proprio, & ordine alphabetico, vbi & ea exposuimus. Radicibus vnicam, & genuinam significationem dedimus, quoad nobis licuit, ex qua pendeant cæteræ, vel per translationem, vel per metaphoram, vel alia tandem quauis de causa simili, in qua re nequaquam iurauimus in alicuius verba, vt vel Chimhinum, vel alium imitandum esse putaremus, & non omnes potius consulendos esse, eaque tantum, quæ rationi consentanea nobis viderentur, in medium proferre. Ad vitandam verò inuidiam neminem vnquam prudentes nominatim carpsimus, vel refellimus. Retinemus autem quoad fieri potest, primam cuiusque radicis significationem, nec tàm facile aliam eí tribuimus, quemadmodum ab alijs actum est, Hebraicæ linguæ puritatis conseruandæ ergo, ob quam rem etiã atque etiam aduertimus, vt verborum significationes, & præsertim neutrorum rectè enuclearemus; nam Latina lingua non correspondet in omnibus Hebręæ, quare necessarium duximus, vernaculam etiam addere, vt facilius agnoscatur, quod diximus; exempli gratia חָלַק est Diuisit, actiuum, & Diuisus est, neutrum, & si apud nos passiuum sit, vulgo videlicet diceres (Diuise, & si diuise.) Passiuum autem est, נֶחְלַק. Vide etiam in significatione coniugationum in Grammatica. Significationes vocum ambiguas ex Rabinorum sententijs explicare non placuit, quemadmodum ab aliquibus factum est, sed scripturæ ipsius collatione potius, coniecturisque; nam exempli gratia, quis scit an Rabini dixerint עֲנָקִים nomen ex significatione verbi קע ע ab illis efficti, vel potius è contrario? Rabinorum autem, & præsertim antiquiorum sententias eò libentius vito, quòd videam, illos Hebraicæ linguæ peritiam omnem perdidisse, quemadmodum ex ipsius Chimhini verbis deprehendere potes in radice יהב cuius verba huiusmodi sunt. Nesciebant Magistri nostri quid esset יִתְּבֵךְ, audieruntque mercatorem Arabem dicentem, tolle יְהַבְּךָ onus tuum, & impone Camelo, &c. Dictiones, quæ habent Holem, vel Hirec, vtroque loco reposuimus, cum quiescentibus literis videlicet, & sine illis, vt מוץ est in מ ante ו, & in מ ante ץ sic מץ: eò quòd sæpius vtroque modo scribantur, quemadmodum in libro Masoreth annotatum est; significationem verò earum loco tantum proprio ponere placuit, ne volumen sine vtilitate in immensum creseret. Dictiones verborum, & Nominum, quæ inueniuntur in Byblijs iuxta illarum inflexiones, statim habentur, sub verbis, & nominibus, & an alia formari possint, explicauimus. Constructiones verborum partim Hebraismos, & partim locutiones simplices facientes declarauimus. Sub vnoquoque Verbo, & Nomine posuimus phrases loquendi Hebraicas præcipuas, vnà cum versione, & phrasi Latina, & paulo difficiliores breuiter exposuimus; cæteras commodiori tempori explicandas reiicientes. Notandum interim est, nos in his verbum de verbo nequaquam reddere, sed sensum tantummodo verbis infinitiuis transferre, vt exempli gratia, וַיִּסֵּף דַּעַת יוֹסִיף מַכְאוֹב, Eccles. 1. 18. & qui addet scientiam, addet dolorem: in הוֹסִיף dicimus, Addere scientiam, & dolorem, in יֵדַע, Addere scientiam, in מַכְאוֹב tandem, Addere dolorem. Retinemus autem docendi gratia, quoad licet, in versione Latina Idiotismos Hebraicos ad uerbum, nisi quòd notis [] indicamus, illa uerba, uel esse superflua, uel addenda in alterutra phrasi; ut exempli gratia in radice דִּבֶּר extat phrasis illa; Loqui (in) ore, & (in) manu implere. In præpositio est in Hebræo, quam Latinus sermo respuit. Versa uice in בוא est, Venire (in uel ad) portam. quo indicatur præpositionem deficere in phrasi Hebræa, quam appetit Latina; Idem sæpius coacti fuimus agere

pro ex-

pro explicatione phrasis Hebraicæ ad uitandam prolixitatem, ut in עֲשֵׂה habes; Pacere (coquere) filium uaccæ: hoc est, uerbum illud עשה eleganter usurpari pro coquere. Idem egimus in phrasibus, quæ Latinam locutionem barbaram facerent, quamuis eas retineamus in tyronum gratiam, sed dein notis illis [] & uoce ad Latinam cõstructionem addita, breuiter uim uniuscuiusque phrasis indicamus; ut expectare luci (lucem), & huiusmodi. Notandæ sunt autem omnium dictionum significationes accuratius, quæ nonnunquam diuersæ sunt, & si unica dictione Latina reddantur, ut שׁוא & כּוּב longè inter se differunt, quamuis mendacium ea simus interpretati, quod uidere licet ex Prou. 30. 8. שׁוא וּדְבַר כָּזָב הַרְחֵק מִמֶּנִּי siquidem שׁוא rem nullius subsistentiæ significat, כּוּב uerò quicquid spem expectatam fallit. Hæc omnia nos uita comite subtilius disputabimus, & uoces Latinas sæpius Hebraicis non æquiualere demonstrabimus. Idem in phrasibus etiam simplicioribus uelim obserues, quas facilè in contrarium sensum detorquere posses, quamuis à nobis in illis nihil annotatum sit; ut exempli causa Ponere flumina deserto, & egressiones aquarum ariditati. Psal. 107. 33. est reddere loca sterilia, fructifera, & è conuerso. Fatuitatem dari in excelsis. Eccles. 10. 6. est fatuos, uecordesque ad honores; & dignitates maiores euehi. Dare aliquos seruis. Gen. 27. 33. est in seruos subigere. Dare laqueum alicui. Psal. 119. 110. est insidias ei ponere. Iuuare infortunio alicuius. Iob 30. 13. est pernitiem illius augere. Viuificare lapides ex aceruis. Nehem. 4. 2. est diruta iterum construere. Sæpius Hebraam orationem negatiuam phrasi Latina affirmatiua reddimus, & nonnunquam eam decurtamus, ut habeant studiosi campum satis amplum ad exercendas ingenij suí uires, dum ex negatiuis affirmatiuas orationes efficere possint, & è conuerso, dictionis Hebraicæ dilatandæ causa. In phrasibus disponendis hunc ordinem seruare visum est. Sententia vt plurimùm nomine & verbo saltem constat. Horum alterum nos ordine alphabetico digessimus in margine, ita vt vnico ferè intuitu se offerat, quicquid inuenire volueris, quamuis sacrorum voluminum ordinem in phrasibus describendis nõ obseruemus, quod totum factum est studiosorum gratia, qui & facilius quod inquirunt, inuenire, & sententiarum Hebraicarum naturam & vim suauius percipere poterunt. Quod vt melius intelligatur, exemplo probabimus. Gen. 31. 1. Legimus, ויפגעו בו מלאכי אלהים. In hac sententia est verbum Obuiandi, & nomina Angeli, Deique. In nomine אלוה require in margine מלאך ordine alphabeti seruato, & inuenies Angelus Dei. Iterum in nomine מלאך require in margine אלוה & פגע, & inuenies Angelos Dei, & Hos obuiare (in) aliquem. In פגע tandem inquire nomen מלאך in margine, & reperies Angelos Dei occurere in aliquem. Et sic in reliquis. Ex phrasibus tamen, quæ verbis vel saltem sententia similes sunt, vnicam tantùm ex Byblijs transcripsimus, ne fine causa volumen excresceret, quod ea ratione dicimus, ne studiosi frustra laborent in inueniendis sententijs, quas dedita opera nos omisimus. Hæc & huius generis alia, quid sibi velint, facilè cognoscas, si paulò diligentiorem curã in singulis phrasibus Latinis, & Hebraeis adhibueris, dum interim nos accingimur ad ea fusius, & diligentius explicanda. Synonima, æquiuoca, vniuoca, & contraria, vt inuicem breuiter explicaremus, dedimus operam. Dictiones Chaldaicas, quæ inueniuntur in Byblijs ordine alphabetico Hebraicis insertas inuicem contulimus; neq; in hoc peccasse putamus, cum in animo sit, Dictionarium tradere, in quo contineatur quicquid in Byblijs sacris inuenitur. Adde quòd sæpius radix Hebræa est eadem cum Chaldaica, quæ vt plurimum etiam in significatione conueniunt. Causam diuersitatis translationis vulgatæ ab Hebręa lectione hodierna sæpius interseruimus, explicauimusque. Nomina propria virorum, & mulierum descripsimus, & quot fuerint, qualique tempore exiterint, quales actiones egerint, quo denique fine vitam clauserint, exposuimus, & à qua radice emanent, suo loco, & ordine alphabetico declarauimus. Nomina insuper locorum propria, Vrbium, Prouinciarum, Fluuiorum, Montium, & huiusmodi suo loco & ipsa, ordineque alphabetico remisimus, & quicquid de illis in Byblijs inuenitur, in medium protulimus, & explicauimus, quod hactenus nullus alius egit. Dicimus verò in horum explicatione tantùm ea, quæ rationem, & authoritatem sacrorum codicum habere, nobis visum est, & in dictionibus compositis coniecturis, quæ vero similimæ videntur, vsi sumus; nam in aliquibus difficile cognosci potest, quo modo componantur, vt videre licet in יעבץ & שׁמעאל & hac de causa nomina propria noluimus interpretari, sed tantùm radices addere, ex quibus emanare nos ea credimus. Nihil tandem in Byblijs Hebraicis, quæ nunc vulgo punctis additis vocalibus legantur, inuenies, quod non sit positum suo loco, & ordine alphabetico in hoc nostro Thesauro, nisi aliquid nos inscios fugerit, quod etiam quoad Deo fauente potuimus, in gratiam studiosorum explicauimus. Meminerint verò nos dogmata sancta non discutere, sed simpliciorem linguæ sanctæ vsum in medium tantùm proponere, & eum quidem, qui nobis purior, & elegantior esse videtur; cum interim non negemus, alijs etiam modis omnes ferè phrases posse transferri, & intelligi, quemadmodum aliàs, si Deo placuerit, explicabimus. Quæ dixisse volumus, ne putarent inuidi, nos vulgatam æditionem, quam vt Diuinam ueneramur, damnare velle, cum nostrum propositum sit, tantummodo res Grammaticales Hebraicas, vt nunc se habent in Byblijs, tradere. Hæc sunt amice Lector, quæ superioribus diebus, cum ea pauca Grammaticæ præcepta in lucem dedi, quàm primum euulgare in me receperam, vt nihil, vel parum desiderent studiosi ex his, quæ ad res Grammaticales Hebræas spectant, & si non perfecta, neque eo modo & ordine, quem & ipse semper optaui, limata, quod labore vires superante præstare hucusque non potui. Quantos quidem labores, curas, & sollicitudines subierim in conficiendo hoc opere, vnicuique licebit æstimare, si vnquam cogitauerit, me post uersionem continuam omnium Lexicorum, tàm Hebræorum, quàm Latinorum, quæ fas esset reuoluere, post concordantias Hebraicas, post infinitos alios authores quos consului, cum necessitas expostulauerit, Byblia tamen sola in manus accepta incœpisse à בראשׁית, & de verbo ad verbum progressum, vsque ad יעל singula, quæ videbantur notanda, in ordinem redegisse. Adde, quòd in medio cursu operis, Romam Venetijs euocatus fuerim, vbi apud Illustrissimum & Reuerendissimum Iulium Antonium Sanctorium Casert. S. Seuerinæ nuncupatum, virum in omni literarum doctrina versatissimum S.R.E. Card. quem honoris causa nomino, cum illi me plurimum debere fatear; maximis distentus curis in expurgandis Iudæorum libris ab erroribus fidei, quòd à multis, qui Grammaticam meam legerant, Dictionarium hoc desiderari uiderem, & nonnulli mecum literis expostularent, ut sta-

rem promissis, coactus sum, citiùs quàm in animo fuerat, operi finem imponere, nec admodum sana ualetudine, ita ut nisi affuisset auxilium illius Illustrissimi quę promiseram, hactenus non potuissem soluere. Vir quidem ille perquàm humanissimus, officijs non minimis deinctum me semper confouit, ut hac de causa si quid studioris in uerim, non minimum illi debeant. Hæc si Lectori-bus placuerint, Deo gratias habeant, uelim; & mei aliquando meminerint, cũ ad illum preces effundent, ut uires addat, quo absolutum hoc opus, ut cordi est, olim possimus reddere in Christianorum gratiam. Quæ uerò uel ob inscitiam meam, uel ob immensitatem laboris, vel ob Typographorum, & Correctorum dormitionem, uel ob quiduis aliud in eo desiderantur, uel ordine deturbata uidentur, si correxerint, & me certiorem fecerint, maximas illis acturus sum gratias, quoad in uiuis agam.

De titulo operis, & vtilitate lectionis scripturæ sacræ.

DVO nomina Hebraica operi imposuimus, hac in re tantùm Hebræos scriptores imitati, nam eam partem, quæ ad Grammaticam spectat גן עדן hoc est Paradisum; alteram uerò, Dictionarij uidelicet תבה ideſt Arcam Noe appellauimus, & rationem utriusque nominis in præfatione Hebraica reddidimus. Nolim tamen mihi uitio uertas, quòd tam superba nomina operi arrogauerim, nam non eo cõsilio à me factum est, ut sapientiæ nomen aliquod mihi uendicarẽ, sed ut allicerem omnes ad adiscendam hanc linguam nouitę nominum, cum recogitauerint, se tanquam in Arca Noe saluandos à diluuio falsorum dogmatum, hæresumque Catholicam Ecclesiam Romanam perturbantium, necnon à mundanis tribulationibus, si huic diuinæ linguæ operam dederint, & eam cura, sollicitudine, & diligentia apprehenderint, Equidem, ut de me ipso dicam, tanquam alter Noe, Dei gratia ereptus ab angustijs sęcli, mihi arcam hanc fabricatum fuisse, in quam induxi quicquid suppellectilis habui, (habui autem parum) & hac contegor ab afflictionibus humanis, hæc me tuetur in aduersitatibus, & in quacunque tribulatione me consolatur. Patere Lector humanissime, vt aperiam breuiter, quanta mala domui paternæ acciderint, vt cognoscas quantum mihi profuerit sacrarum literarum, & præsertim Hebraicarum studium. Est quidem Marina Domus ex familijs Brixianis antiquioribus vna, sed nunc paterna domus mea propè ad nihilum redacta est, cum superioribus annis tàm opibus, quàm hominibus floreret. Auo quidem Petro Iacobo præter innumeros affines, erant vndecim liberi, & vnica filia, tantumque diuitiarum, quòd eam prolem splendidè secundùm mores Patriciorum alere poterat. Verùm nescio quo casu, omnia illa bona à Dominio Venetorum ei ablata fuere, sed à fratre Baptista equite aurato statim redempta sunt. Baptistæ non erant filij, sed ex nepotibus Innocentium vnicum adamabat, quem vt ferebatur, hæredem ex asse facere cogitauerat. Ast paucos post dies Innocentio dolo interempto, de cuius nece fratres nonnulli vulgo damnati sunt, quòd eum hæreditatis ergo trucidari fecerint, Baptista fratrem ex testamento hæredem facit, tàm suorum bonorum, quàm eorum, quæ redemerat. Acta res familiaris erat, cum mortuo Petro Iacobo maior natus Io. Franciscus rerum administrationem suscipiens, (nam alij ferè omnes ex ephębis nondum egressi erant) incępit eas profundere, dilapidareque. Verùm fractes post profusionem maximam rerum suarum, certiores malorum facti, quæ remanebant iniquis etiam conditionibus inuicem diuidi passi sunt. Ex nouem masculis reliquus nunc est vnicus puer cum substantia satis tenui, qua vix dignitatem suam sustinere poterit. At pater meus dulcissimus Marcus Marinus piæ memoriæ complures filios tàm mares, quàm fœminas, & me præsertim vltima ferè senectute ex Antonina matre sustollerat. Duo fratres solùm eramus superstites, quando pater vitam in mortem commutauit, vel vt more Christiano loquar, vitam meliorem adeptus est, Marcus Antonius scilicet, egoque Petri Iacobi aui nomen retinens. Ambo ex æquo hæredes constituti sumus, his tamen legibus, ne quid ex re paterna vendere possemus, & vt moriente altero sine liberis, alter totam hæreditatem susciperet, vtroque verò moriente fœminæ hæredes essent. Ego Deo inspirante bonis paternis cessi, nomine solo patris retento, & Collegio Canonicorum Regularium celeberrimo Congregationis D. Saluatoris me addixi, quo facilius à curis seculi expeditus, ea tantùm curare possem, quę verè hominem Christianum decerent. Mortuus est interim frater absque liberis, relicta vxore ea conditione, vt vsuram bonorum acciperet, quoad viduitate seruata viueret. Res quidem paterna iure fororibus debebatur, verùm ob fratris testamentum, quo interturbata sunt omnia hæreditatis iura, factum est, vt nunquam ea bona sorores vindicare potuerint; neque post mortem vxoris fraternæ, & si omnia iudiciorum subsellia tàm Brixiana, quàm Veneta pertentauerint, cum iam duodecim anni à fratris morte præterierint. Nunc verò ea bona possident homines absque vllo iure vel cognationis, vel amicitiæ paternæ domus, quos, an extarent etiam, ignorabamus, tali cœlorum reuolutione, vel potius diuina ordinatione res nostræ propè extinctæ sunt temporum & hominum iniquorum iniuria. Ego quidem ex tanto virorum numero solus superstes sum, quem etiam, nisi Diuinum affuisset auxilium, terris iactatum & alto, tantisque affectum malis obruisset paternę domus propè deuastatæ consideratio. At linguæ sanctæ studium effecit, vt quicquid aduersi ingrueret, æquo animo sufferrem; & sæpius illud Iobi repeterem יי׳נתן ויי׳לקח יהי שם יי׳מבורך: Denique ex scriptura sacra maiorum calamitatum exempla infinita sumere licet, quas Deus seruis suis accidere patitur, vt in eo solo spem collocent, & sic puriores euadant. Ex archiuo scripturarum, mihi crede, depromere possumus remedia aduersus quascunq; animi ægritudines. Hæc igitur quæ in hanc linguam Deo fauente commẽtati sumus, sunt mea domus, parentes, filij, affines, diuitiæ, honores denique. hęc me consolantur, cum recordor, me posse dicere, omnia mea bona, & si pauca, mecum porto, neque deinceps temporis, vel alterius rei iniuriã timeo. Deus has diuitias mihi in immensum adaugeat, vt securius vitam transire possim per has mundi afflictiones, & Ecclesiæ suæ sanctæ (cui hæc omnia subiecta sint, volo) sim adiumento doctius, & copiosius, quemadmodum Apostulus nos inuitauit dicens, Qui indiget sapientia, postulet à Deo, & dabitur illi. Amen.

אלה ראיתי ונתון את לבי ועשיתי לך משעמים כאשר אהבת כללים כוללים כל מלה ומלה התפקדו ובכללו מרוב אונים אחת מהנה לא נעדרה׃
להן מלכא מלכי ישפר עליך ויבא דורדי לגני ויאכל פרי מגדים וישמח בכל השוב בראותו ספרי נהר יוצא מערן להשקות הצמאים לשתות
ממימי דרכי לשון הקדש׃ עתה רעי תמלא בטנך מעדני ונחל עדני אשקך לכה נא אכל משמנים ושתה ממתקים לא תרעב ולא תצמא ולא תוסיף
לראבה עוד כי תבא לרעות בגני וללקוט בשושני אמרותי טהורות אמרות טהורות כסף צרוף מזוקק שבעתים ועץ הדעת טוב ורע אשר פריו יתן בעתו יפוצו
מעיונותיו חרצה ושלוח מנות לאין נכון לו׳ עיניך תחזינה מישרים ועפעפיך יישירו לבא בהוך יי׳ אל **התבה** בעצם היום הזה למה תעמד בחוץ
ואכני פניתי את הבית גם תבן גם מספוא רב עמדי לחמורים גם מקום ללון אנשים׃ לכה נרוה דודי למודי טהרת לשון הקדש עד הבקר
אור ונתעלסה בדרכיה דרכי נעם כי נעים כי תשמרם וכי טוב כי תצפון אחך׳ לאמר זאת הדרך לכו בה אל תימינו ואל תשמאילו כי כיום תמצאו את
זרוֹאה וראיתם וששתם אלי גיל ובמוצאכם כל חפץ נפשכם בידיכם יצלח וברכתם גם אותי אחי ורעי ועתתה בי צדקתי ביום מחר כי בהם לבבי ובקיון
כמי עשיתי זאת להרים ראש ולשאת את ידי קדש ואברכה את יי׳ואת ישוע משיחו כי טוב לעולם וכל העם יענה ויאמר אמן׃

אלה דברי גוי נוצר אמונים

דון מרקו מארינו׃

גם בלשון קצרה ובשפה ברורה ובשיחה נכוחה ׃

אפתחה במשל פי ואומר בכנה׃

בראשית אלם את השבים ואת הארץ ואת כל צבאם ׃ והארץ היתה שפה אחת ודברים אחדים ׃ ויהי כי החל האדם לרוב על פני האדמה וילדו להם בנות ׃ ויאמרו הבנות עיר ומגדל ויראו השמים פן יפרצו על פני כל הארץ ׃ וירד יי׳ לראות ויבל שם שפתם וידברו לדבר גדולות כאשר דבו בלשונות שונות ותתנות ללשונותם למשפחותם במושבותם בחצריהם ובטירותם בארציהם לגויהם ׃ ויטע יי׳ אלהים גן דקדוק לשון הקדש בעדן מקדם ויושם שמה בני אדם זרע אברהם הפרידו אותם מעל אדמתם להת להם ארץ זבת חלב ודבש ׃ ויצמח יי׳ אלהים מן אדמת הלשון כל דקדוק גוי וגוי וכל אות וכל מין מחמדות למראה וטובות אל השמעות אוזנים ועץ לשון החיים בתוך הגן לדעת טוב ורע ׃ ויקח יי׳ אלהים את בני ישראל ובעצתו עצות בוק אשונה אמן אבות על בנים יחם בון עדן לעבדה ולשמרה ׃ ויצו עליהם לכלתי ילמדון דרכי לשון הגוים ומשפטם כל ידעים פן ישכחו תורה אים חיים בשבתם על ארץ נכריה ארץ מלחה ארץ אכלת יושביה ולא דרך אדם בה ׃ ולא שמעו בקול יי׳ ובכח ויתהלכו משפת גוי אל שפת גוי וממלכה אחכמה העלינה אל ממלכות עם אחר עד כי אבדה כמעט מבטח הלשון מישראל ועת לעשות ללשונותם הפרו דבריהם ולא ידעו תועי רוח בינה ׃ עלים היו מתחבאים בתוך עץ הגן ביום ההם וגם אישי כן אשר בתי בנים משחיתים הבונים למו חרבות בארץ לא להם ויגבירו ללשונם לדבר בכנען וילדו להם ילדי נכרים הלא הם זרע מרעים אשר מעולם בני נבל גם בני בלי שם הגבורים להפיך דברי אלהים חיים ואשי חיל לאמר לרע בטוב ולשוב רע ואת אמרת קדוש ישראל נאצו ׃ גם היום מדי שיחי בראותי כי רבה רעתם על אדמת הלשון וכעצתם הכאה אלי עשו כלה וכל יצר מחשבת לבם רק רע כל היום לא לעזר ולא להועיל בי יגדתי מבני האף והחמה כי קנאתי בהוללי עמי עצתם רחקה מני אראה וירע בעיני כי אין איש שם לבו ויחר אפי מאד בעבדה בי ׃ ויי׳ העיר את רוחי לאזור מתני כגבור לדרך ארח תמים ונתן לי לשון למודים כי ברבים היה עמדי ויורני ויאמר לעת ללמד ולהודות גם היהודים גם המשחיים ספר ודקדוק לשון הקדש ׃ והנה קמתי ובאתי פנימה כל כבודה בת מלך ואחרי ראיתי והנה אנשים שופטים בארץ זה שפיל וזה ירים ׃ ואני יגעתי וכן מצאתי לי קרתי ושתיתי מים נגובים ימתקו ושלחתי ידי ולקחתי גם מעץ החיים ופרק לחכי ואחיה לעולם ׃ ועתה באתי וכל עוד טוב טעמי בי ורוחי לא נמר לשיט קטנה על מגלת ספר למען תקח אזנך שמע מנהרי אלא כצרור היא נפשך ׃ וקראתי בשם **גן עדן** ונהר יוצא מעדן להשקות את גן הלשון ומשם יפרד והיה לארבעה ראשים שם האחד **שם** הוא הסובב את כל ארץ שמות דברי אשר שם שם העצם ושם הפועל ושם דבר ושם התאר ושם הסקרה ׃ שם שם היחס שם כלל שם נדף ושם המספר ׃ ושם נהר השני **פעל** הוא הסובב את כל ארץ דבור אשר שם פעלי עומדי ויוצאי נחי וחסרי שלמי עם כפולים דודי צפנתי לשם הנהר השלישי **מלה** הוא הדולך קדמת כל מלה ומלה השעם ׃ והנהר הרביעי הוא **פרת** הוא פורה ורובה הולך סביב כמו גדותיו מי הכמת פירוש שמות ופעל סומלין לצד עילאה מים טהורים מימיו ושלגיו ישמחו עיר אלהים ׃

בכל זאת לא שיערתי את היות הניחה על זכח דברי חכמים וחידותם להכין משל ומליצה ועוד ידי נטויה לשים אותות ומופתים בקרב הארץ כי רבה משטמה את המסכן הבוזה מה יתן ומה יוסף משוגע איש לשון מדברת גדולות לדבר תועה על מי מקדושים יפנה כאשר יאמר משל הדקדוקני כי אילך רוח ושקר מזב יציף העם הזה ליין ולשכר כתדו הדריכו כי לא זאת חמנוחה כל העולה על דוחו אמר בלבבו על משכבו לא אלה ׃ ותרמת ארץ קדושת מהרת הלשון לפני האלהים ותמלא חמס מפני האנשים חכמים בעיניהם ונגד פניהם נבונים ויאמר להביא את המשים מיהודות רבה על מקום אדמת לשון הקדש לטהרו מטמאות המלכים לא בי ישלוכו ורזנים לא בצדק מאמריהם ובדבריהם דק עקש ונפתל ׃ ובחו לאלהים אחרים ודמה לא אלהים ולא שמעים את לשונם גם בניהם למלך שקוץ בני עמון העבירו להכעיס ׃ וימלך עלי לבי והן מצאתיני יי׳ לעשות **תבת** עצי גפר מעשה ידי להתפאר ככל אשר היה ברוח עמדי להחיות כל הנשמה תהלל יה קנים אעשה אותה ועוף יהיה נודד עוד מקנו ואכפרנה מבית ומחוץ בכפר הדעה והשכל תחתיים מלשון הקדש שניים מלשון רומיים גם שלישים מלשון לועז אעשנה ואל אמת שכלי אכלנה מלמעלה ׃ צוהר תפירושים אעשה **לתבה** גם פתח דקדוק לשון הקדש אשימה בצדה להכיא אלי נהמלה השהורה שבעה איש ואשת פירושו ומן המלה הכשרית אשר לא טהורה היא שנים איש ואשת פירושו ׃ גם אקחאל שמות האנשים ונשיהם ומקומות נהרי נחלי חלב אשר יצאו ואספתי לי לאכלה ואראכי דבר יי׳ הוא להקים את בריתו אתי לבא אל **התבה** אני ובל החרדים על דברי אלהים מפני מי המבול המשחית את הלשון׃

אלה

Τίτου Φλαουίου Μαρτιάλεως ·

Εἴπε μαθεῖν Σοφίην κτήσεσθαι ἀμεμφῆ,
Εἴπες ἀνιχνεύει πλῆθον ἀειθαλέα, —
Πλῆθον ἀπειρέσιον, καὶ ἀκήρατον, ὅσσ' ἀέξει
Οὐ χρυσὸς οἰκοδόμως χρήματα πιν, ἀλλὰ Φρένας
Ἀνθρώπων κλεάτεων, τοὔνεκ' χρόνος οὐκ ἀμαυροῖ,
Οὐ μόρος, οὐδὲ τύχη ; μοῖρα τε παντὸς ἀμάτως.
Τοῦτ' ἐμὲ μετοιχέεται βίβλον τε καλλέα, Μάρκος
Δαιδαλέῃ τέχνῃ τὸν κάμον ἀσὸς ἐμός.
Οὔλβον θ' εὑρήσει τὸν ἀθέσφατον, ἦδ' ἀμέγαρτον,
Οὔλβιος ἐστεῖται τ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.

Τοῦ αὐτοῦ.

Εἰκε μαθεῖν ἐθέλῃς ἐβραΐδα γλῶσταν ἀγαυὴν,
Καὶ πᾶσαν λογίων αἶψα λαβεῖν ἱερῶν ;
Χρήματ' ἀπειρεσίης Σοφίας τε μὴ λφέ' ἀνδρείην,
Τὰ βροτὸν ἄνδρα ποιεῖ εἰκελον ἀθανάτῃς,
Λαΐνεα τήνδε δέχου πολυχρυσέα φημὶ δὲ βίβλον
Θεσπεσίην, Μάρκος τὴν κάμεν ἀγρόστοφος.
Καὶ σὺ καλῶν τούτων ἐπιβήσεαι, εἶκε πυνήσῃ
Πῶς ἀνακυλίσῃς τῆς δὲ σοφὰς σελίδας.

SEBASTIANI TAIAPETRAE
Buranensis.

מַשְׂכִּיל עַל כֹּל בָּא בַּהֲבָה חָבֵן צַעֲדֶךָ בַּל תְּמוֹט נָא ·
וִיהִי שִׂבְתְּךָ רָצוֹא וָשׁוֹב לֹא בְעֹרֶב רַק בְּיוֹנָה ·
אֵין סַר־כֹּה רַק מֻתָּק נֶעֱים אֶל חֵיק אָדָם אוֹהֵב בִּינָה ·
פֹּה שֵׁב אִישׁ עִוֵּל תַּלְיָן נָבָר וְקִנְאָה חָכְמָה לְךָ הַרְנָנָה ·
בָּהּ תִּמְצָא סוֹ־דוֹת נִכְתָּרוֹת יָאִירוּ כַּל־צַד גַּם פִּנָּה ·
מִפְּרִי פִּי אִישׁ תִּשְׂבַּע נַפְשֶׁךָ הֲצַח תֹּאמַר עִם קוֹל רִנָּה ·

SAMVELIS ARCHIVOLTI:

אַל נָא תְּהִי לִשְׁבָא חֲלִיבַת רוֹבְלִים ·
לְקָנוֹת בְּשָׂמִים רֹאשׁ וְאֶבֶן יַהֲלוֹם ·
סוֹחֵר צְרִי וְלוּט בְּעֶדְיוֹ לְבְלוֹם ·
יְשִׁים מְכוֹן שִׁבְתּוֹ בְּקֶרֶב עוֹלְלִים ·

לֹא עַל זָהָב אוֹפִיר יְנוּבוּן נוֹהֲלִים ·
לְמִגּוֹר בְּאוֹצַר צַר · וְאִישׁ לֹא יְגֹלוֹם ·
אֶדֶר יָקַר עֶרְכְּךָ וְהָיוּ בַּהֲלוֹם ·
שְׂדֵה וָגֶם שְׂרוֹת וְשָׂרִים חוֹלְלִים ·

וּלְבַד מִנְּמַת כַּל לְכַפְּרֵי קֹדֶשׁ ·
תְּגַדֵּל וְשׁוּם שֶׂכֶל לָמָה יַבִּיעוּ ·
כִּי שָׁם פְּרִי חַיִּים הֲכִי אֲרִינוּ ·

וּבְכֵן מְבוֹרַךְ יוֹם וָגֶם הֲדָרֹ ·
הָאִיר מְאוֹרֵי אוֹר אֲשֶׁר יַשְׁבִּיעוּ ·
אִישִׁים · בְּנִיב דוֹן מָ — רְקוּ מְאֵרֵינוּ ·

LEONIS MVTINENSIS.

אם מן שאר כל מין מעולה מין אדם ילוד אשה בדבורו :
גם אם בדבורים לשון עכרים היה לשון קודש למבחרו :
חזוה בספר זה אמת יזה כי הוא בחיר הכל וספורו :
דבור בתוך חבור עלי דבור חבור לכל חבור וגם שרו :
גלות והדלות ורוב שפלות העם ידיד האל ומשברו :
בלבל וראש הכל כציץ נובל כמעט הלום מקרא ואת שברו :
רבים בני טובים ונחשבים לא י־ דעו דרכי שדה נירו :
נשמע בקול האח בבא האח דון מ־־רקו מאלין פאר דורו :
אחר אשר בחר עשות שחר מאיר וגם מפיץ ענן אורו :
גלה יסוד מלה ומפעלה שורש ענף פרי בתוך ספרו :
תבה לכל תבה מאד טובה אל איש ואל אציו ואל גרו :
נכסף וכל אסף וחן יסף על כל אשר קצר בקיצורו :
נא רוץ אנוש חרוץ קנה חרוץ פזרב לכל פסוק בביאורו :
תראה נתיב נאה ותשתאה על כי אמת הפליא בחבורו :
לדרוש אשר ידרוש בסוף נראש אדם ילוד אשה בדבורו :

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

PVBLII FONTANAE.

DICITE, felices Animæ, fidiſſima Cœli
Pectora, quæ ſolis virgulta ſonantia ripis,
Piſcoſoſque lacus colitis Iordanis amœni;
Si quando vos dulce ſolum Galileiaque arua,
Aut Solymæ repetitus amor deducit Olympo;
Dicite, quis veſtrum, quis nam, præſtantibus auſis
Ingenij clarum, pulchra de prole Marinum
Delegit Iuuenem, & gremio complexus amico eſt,
Ipſius vt mentem cœleſtibus ignibus hauſtam
Proucheret, multaque affuſam luce piaret?
Num, cui ſydereum lumen fulgore bicorni
Vultum inſignibat, frontique afflabat honorem,
Nunc ipſum ille ſibi, deſerta per auia greſſum
Quàſtrepit Euphrates tendentem, & multa volentem,
Corripuit, propriæque habuit virtutis alumnum?
Atque equidem, veri ſi mens eſt conſcia certis
Indicijs, ſi vera datur monſtrata referre,
Ille fuit: namque hunc audire & reddere voces
Ignotas docuit, quaſcunque Aegyptia tellus,
Et quaſcunque ſonat rapidi nouus accola Tygris.
Quin apices & ſigna dedit numeroſque tenere,
Vimque, poteſtatemque omnem, quæ nouit Idume,
Sacra inter verba ipſa, ori famulata Tonantis.
Parua loquor: dum Indæa interiora peragrat,
En, ſubito denſos, ceu nota ad flumina Cycnos,
Aduolitare, atque hunc læto circundare plauſu,
Egregias Animas, quarum pia nomina faſtis,
Perpetuis conſcripta notis, Pater optimus æui
Mandauit. Quæ tum Iuueni, quæ dona tulere?
Hic labris ſenior puro de fonte cadentem
Admouit laticem, & cœleſtibus imbuit orſis,
Implicat hic crinem foliis; hic tempora palma
Præcingit. fruitur cœtu, ſanctoque piorum
Alloquio. Aſt æquali dum ſpatiantur in vmbra,
Nilque niſi cœlum ſpirant; oracula Vatum
Priſcorum reſerant; & menti plurima credunt,
Non monſtrata prius, nullo ſuperata labore.
Salue Cenomanum non vltima gloria Patrum:
Quæ tibi digna ſatis, quæ iam non laudis egenti
Hæc ætas primum, venturaque ſecla rependent?
Tu fontes aperis, vitalesque elicis vndas,
Perſpicuis quas ipſa fouet ſapientia riuis,
Rupe ſub ætheria, & patrium teſtantur amorem:
Tu Libani omne decus gemino Iordanis ab amne
Abducis prudens, Latiasque aduertis ad oras:
Tu, quo quiſque gradu facili, quo tramite certo
Arua Paleſtinæ repetens penetrare ſilentes
Enaleat lucos, in robora celſa bipennem
Moliris; ſed enim, hinc atque hinc cedentibus vmbris,
Limitem agis latum, vnde aditu licet ire patenti.
Felix ergo animi, fortunatusque laborum:
Te non culta modo Syriæ, valleſque ſonabunt
Armeniæ; ſed te fluctu fremituque marino
Agnoſcent paſſim exultantia flumina. Quin tu
Aſpice, iam referunt docili tua nomina libro
Enatæ dudum Tyberina ad littora Palmæ;
Iam Vaticani congeſta volumina plaudunt.

TITI PROSPERI MARTINENGI.

QVANTA ſit vtilitas linguæ huius, candide Lector,
Vix queat vlla ſatis lingua diſerta loqui.
Nam fidei noſtræ myſteria continet alma,
Et docet æterni nomina ſancta Dei.
Qui Chriſtum ignorat, vel non colit, vt decet, ipſum,
Hac colere addiſcet, riteque noſſe ſimul.
Quo Rege inuento quiſque immortale per æuum
Viuet, & ætherea luce fruetur ouans.
Hoc Deus ad patres ſacro ſermone locutus
Creditur, & legis iura dediſſe ſuæ.
Quin patrem Adamum, primoresque orbis alumnos
Hac vſos lingua conſtat, & eloquio.
Ante Babel quàm facta foret confuſio vocum,
Turris & excelſæ ſurgeret altus apex.
Hocce idioma ſacrum Marcus docet ille Marinus,
Lexicon hoc mira qui dedit arte nouum.
Brixia quem genuit toto notiſſima in orbe
Terrarum, egregijs patria opima bonis.
Ergo Theſauro ſi vis diteſcere magno,
Hoc tibi ſollerti pectore prondeas,

ANTONII RICCIARDI
Brixiani.

NONNVLLI excudunt ſpirantia mollius æra,
Et ducunt alij viuos de marmore vultus.
Imperat & Cæſar ſuper & Garamantas & Indos,
Alter & anfractus deſcribit prouidus orbis,
Et multi penetrant montes, & viſcera terræ.
Scilicet eſt hominum decus iſtud per breue tempus.
Quid mirum eſt, homines poſſe hæc, ſi talia tantùm
Et dedit, & voluit ſic rerum maximus autor?
At verò inſolitum & ſolum per ſecula mirum
Conceſſit ſoli MARCO nunc maximus idem.
Hauriat vt puros latices Iordanis, & altos
Vt magni Euphratis claros de gurgite flexus,
Alphæi vt dulces fluctus ſuper æquora ducat
Ipſe MARINA, bonas vertens in Tibridis vndas.
Vnde hominum nectar factum eſt, & Sancta Lyei
Pocula, quæ foueant doctas per tempora mentes.
Amplius hoc etiam quid, nam tibi candida donat
THESAVRVM magnum MARCI nunc muſa MARINI,
Theſaurum Sanctum, quo non præſtantior vſquam
Eſt, aut alter erit nunquam precioſior iſto.
Ergo Cape, & lætus fulgentes ſuſcipe gemmas,
Theſaurum tantum, Nectar ne deſpice diuum,
Vt valeas ſemper felicem ducere vitam.

ELI-

ELISEI PESENTI BERGOMATIS

NEMO rite poteſt ſcripturæ diſcere ſanctæ
Arcana, & vates enucleare pios,
Ni prius Hebraicis ſtudijs incumbat, & arte
Grammatices tempus non mediocre terat,
Vt linguam hanc ſanctam, qua Chriſti oracula dia
Prodita ſunt, poſſit conciliare ſibi.
Sed pleroſque omneis terret labor acrior, iſti
Ne ſtudio inſiſtunt, inuigilentque pio.
Quippe hanc diſſicilem cum cernunt eſſe, cupitam
Vix vmquam metam tangere poſſe putant.
Namque per ambages hanc tradit doctor Apella
Inuidus, atque alij, quos numerare labor.
Horum ergo ærumnam miſeratus MARCVS inertem,
Quem patria in lucem Brixia magna dedit,
Hoc opus egregium ſolerti condidit arte,
Et mollit durum quidquid, & aſperum erat.
Complanatque viam ſtudioſis omnibus ita,
Vt facile hanc poſthac quiſque ſecare queat.
Hunc igitur fontem recluſum læuus adito,
Sacrarum exardens quem ſitis vrit opum.

PETRI PAVLI THOMAELLI
Vtinenſis.

MIDIT vt infandis corruptum moribus æuum,
Mortalesque atro vitiorum turbine merſos
Rex hominum, ſuperumq;, infeſto cùm aurea ferro
Progenies ceſſit (miſerum): primæque petitis
Sedibus, ingratas Aſtræa relinquere terras
Compoſitis impulſa dolis: Titania cumque
Syderei affectans pubes commercia Regni,
Vndique conuulſos extruxit ad Aethera montes;
Pectore tunc ignem mens inuiolata Tonantis
Concepit dignum, dignamque exarſit in iram,
Effuſisque genus placuit mortale ſub vndis
Perdere, ſicque immunda piari ſemina Mundi.
Ne tamen humana (ecquis ineuitabile Diuum
Euitare queat telum, dextramque tremendam?)
Defœnatarum ſpecies raperetur aquarum
Vi prorſus, terraque forent cultoribus orbe;
Sanctior in toto, quo nec reuerentior Orbe
Vllus erat, verique magis ſeruator, & æqui,
Eligit ante virum ſibi, quo noua ſoſpite proles
Surgeret, atque noua colueretur origine terra.
Ingentemque Arcam trabibus contexere iuſſit
Roboreis, quam vnà tantùm cum coniuge, cumque
Et natis, nuribusque ipſe ingrederetur, & omni
Seruaret binos animantum è ſemine fœtus.
Omnipotens nunc ipſe Pater, ſolymeide poſtquam
De gente ijs pulſa ad quas olim duxerat, oris,
Emeritas ſumpſit diro pro crimine pœnas:
Vt quæ dictauit proprio iura ore, deditque,
Quæque ſacra paſſim ſeruantur Myſtica lingua,
Ad ſibi dilectas traduceret omnia gentes;
Hebraici decus eloquij, latiique MARINVM
Delegit MARCVM, vtque nouam componeret ARCAM
Afflauit, ſoloque illam Iordanis ab amne
Romulei ad dulces transferret Tybridis Vndas.
Quæ torui ſecura maris, fluctusque maligni
Per cuncta inuito manſura eſt tempore ſecla.

BARTHOLOMAEI PONDEREI.

OGGANNIRE caue maledictis zoile: fas eſt
Squalentes vngues rodere ſæpe, tibi.
At nihil hic poteris rimando ſcalpere: diſce.
Addocet ignaros improbus iſte labor.
Pandit iter MARCVS ſalebroſum namque MARINVS
Sermonis diuum, ſingula ſaxa monens.
Lexicon in latium quondam mandarat Hebræum
Schola peritorum, themata mira ferens.
Surculus hic ſtirpi ſeiungitur ante ſeorſum
Frondiferæ: mox expullulet vnde patet.
Nexuit his γνώμας, ſuperaddidit atque repentè
Syntaxin: vix quam prodiit antè alius.
Sedulus eſto igitur tyrunculus: vndique pulſa
Nube, librum repetat: nauſea quem renuit.

IO. BAPTISTAE MAGENII.

ILLA vetus quondam magni fabricata Tonantis
Arca Dei iuſſu ſummas euecta per vndas
Seruatu ex vndis genus (ò ſtupor) omne animantu,
(Vt genus humanum leto dedit ira Tonantis)
Emittit, retinetque memor quæ plurima ſæpe
Audijt ore virum docilis reſonantia verba,
Verba ſonos veteris, primæque exordia linguæ.

HORA-

HORATII ALBASII Placentini.

TEMPORE diluuij seruans animalia mundo
Arca vetus fictis tulit haud ignobile nomen.
Arca recens Solimæ miranda vocabula gentis
Interitu seruans auctorem tollit in astra.

ALIVD

Adriacum mare miratur noua monstra, Marini
Qua vehit arca docens priscas effundere voces.

LAVRENTII PHRIDII.

SCIRE prophana quidē sanctis nō credo prophanū,
Si non illotamente prophana legas.
Non impura puto puris monumenta sopherum,
Et non immundis omnia munda reor.
Quæ res humanas agitant, non mordeo linguas,
Præpono reliquis hoc idioma tamen.
Ethnica quis damnat? modò sacris ethnica iungas,
Hic scopus, hæc studijs sit Cynosura tuis.
Aſt o Christigenæ præcordia barbara cœtus,
Hæc vt suspiciant, illaque despiciant.
Quò præceps fertur studium? nimis impia cura
Quò ruit, vt spernant sacra, prophana colant?
Ethnica si qua Venus, si quæ sit mellea Pitho,
Hæc fluet in sensus blanda Thalia tuos:
Hæc Pandora capit, verbis excompta prophanis,
Incautas mentes Circea pocla mouent.
Si commentitio prostaret fabula socco,
Si tragicæ pompæ, densa caterua volat.
Si totis neruis humanas excolis artes,
Si linguis hominum tantus habetur honos:
Cur hæc linguarum princeps reginaque sola,
Sola velut nobis sordida negligitur?
Quæ figmenta docet, furiosi pœnè Achillis,
Claudos Vulcanos, fulmina bruta Iouis,
Quæ ficto versu κοχλιοπλοκα Hectora narrat,
Aut Helenam pangit, Mercurios, Veneres,
Quæ vanos fucos & fumos vendit inanes,
Quæ picturato carmine ludificat:
O quanto plausu, quibus hæc amplectimur vlnis?
Quisque suo blandum pectore virus alet.
Incantant animos gentili voce Sirenes,
Dementat philtris Græca Medæa suis.
Aſt sacra lingua sacris cur sic deformis habetur?
Cur sic à sanctis putida despuitur?
Ethnica cùm regnent, diuina ab pulpita frigent;
E sacris rostris sola prophana tonant.
Sine legas Græcè, te stipant mille legentem,
Sine Latina legas, prompta iuuenta venit.
Iudaicæ solùm mœrent lugentque cathedræ,
Hasce scholas vix, vix vnus & alter adit.
Huc pauci reptant, rarò, vergentibus annis,
Verbi præcones, parciùs, idque senes.
Linguarum mater simplex, verecunda, modesta,
Casta, severa, grauis, nil triuiale loquens,
Quæ volat in cœlum superas euecta per auras,
Quæ sacro altisoni considet ore patris,
Non Pythicos tripodes, non Delphica somnia iactans,
Aſt Euangelij dicta sacrata canens,
Numinis æterni mysteria condita pandens,
Terrea non redolens, cuncta sed alta sonans,
Hæc quid commerita est, vt sic intacta iacerat?
Solaque cur procos non habet ista suos?
Discendo reliquas totos consumimus annos,
Has nugas manibus voluimus assiduis.
Quis sopor hic tantus nobis, grauis vnde veternus?
Vnde hæc musicolis nausea obortа togis?
Hirsutam clamant, dumis squallere, refertam
Spinis, & spissis sentibus horridulam.
Qui dedit os homini, qui vocem plectraque linguæ,
Ille rudis populo dicitur esse suo?
Rhetoricæ Doctor, Logices fons atque magister
Nobis facundis hirtus & asper erit?
Hac protoplastus Adam primæuæ stirpis origo,
Hac vsi patres Angelicusque chorus,
Hac Moses leges scripsit, prognostica Vates,
Hac lingua Hebræa dulcisonaque lyra.
Hac Dauid Psalmos cecinit, Prouerbia Slomo,
Cœlesti cithara Iudaicisque modis.
Hac olim Christus lux & sapientia patris
Subiecit freno ferrea colla suo.
Suasit, persuasit, fures & scorta vocauit,
Hac surdos traxit, saxaque perdomuit.
Hac pater ore suo quondam est oracula fatus
Et censenda tamen barbara lingua Dei?
Dulciùs an nobis cæcus resonabit Homerus,
Quàm sancto sanctus Spiritus eloquio?
O teneras aures, doctas nimis atque disertas,
Vt quibus indoctus creditur esse Deus:
Vnde hæ deliciæ? quorsum fastidia tanta?
Cùm stomachos tantis prouocet illecebris?
Non sic inculta est, flores habet atque figuras,
Multis mellifluis tota respersa tropis.
Cultior haud Cicero Latialis gloria linguæ,
Non Demosthenicus gratior ille lepos.
Si facilem quæras, lenior non altera lingua,
Nulla tuos tardat longa salebra pedes.
Sunt paucæ voces, has vnus deuorat annus,
Inreliquis Babylon cernitur atque chaos.
Si tibi linguarum placeat grandæua senectus,
Prima fuit terris, vltima forsan erit.
Nec iussit Dominus specus lustrare Platonis,
Sed nec Lycæum solinagamque Stoam:
Non Tusculani Romana viraria campi,
Quin neque Cecropij roscida mella soli:
Aſt scrutare (inquit) scripturas, quærito Mosen,
Ex Israelis fonte petantur aquæ.
Ergo linguarum cùm dux sit primaque radix,
Ex qua vulgares, Græca, Latina fluant,
Cùm non sit varijs multùm sinuosa Meandris,
Sed leuis & simplex, clara, diserta, breuis,

Nec no-

Nec nodos habeat, sed tollat, dogmata soluat,
Obscuris lucem præferat atque facem,
Non pudeat sanctos sanctam didicisse Camœnam,
Natiuisque suis Byblia scire tonis.
Discamus breuiter linguam quæ Sancta vocatur,
Sanctè, commentis vndique sepositis.
Dulcior ex ipsis hauritur fontibus vnda,
Oreque diuino puriùs imbibitur.
Non arcere decet pueros, non pellere quenquam,
Sunt arcana pijs omnibus exposita.
Hæc non Rabinis tantùm, non obuia clero,
Sed patefacta bonis, sed reserata pijs.
Nec pudeat claros, inopes, iuuenesque senesque,
Causidicum, Medicum, Rhetora, Grammaticum,
Aeternas nostræ tabulas versare salutis,
Cœli Thesauros scire, suumque Deum.
Non his fomentis Messiæ nomine tincta.
Fraudetur pubes, sanctificoue cibo:
Sic ethnissarent medijs in gentibus orti,
Non hoc lacte suos Turcica terra nutrit.
Alme Deus pellas has nostri temporis vmbras,
Tuque tuumque malo promicet orbe iubar.
Discere te doccas, dedicere cætera prœte,
Scire nihil nisi te: nam tua scire sat est.

AMEN.

אמר הזיפרוני

מי הוא זה ואיזה הוא אשר מלאו לבו לראות את כל אלה יוצאים ולא יצא לשבח להלל ולומר לאיש כזה אין כמהו מורח
אשר ראה ויתר ספקות אל מי שאל וסתרי אל צפן בתוך ספרו ימצאון איש על דנלו· שמות· מלות· פעולות· ולא הניח
דבר קטן או גדול אשר לא שם במקומו הראוי לו עם דקדוקו הנמצא ונם הראוי להמצא ולא נמצא· ומה יאמרו מלאכי
גוי בראותם כל שמות האנשים והנשים והעירות· ההרים והגבעות· האפקים והנאיות· יבים ונהרות· ויאורים· האיר לארץ
ולדרים· ופירוש תפארת העכסים השביסים והשהרונים· אבני שוהם ואבני מלואים לאורים ותומים· כלי הכפינה של
יחזקאל· וחנבי יואל· הן אמת יהנה חכו· אין כערכו: לכן אתם החפצים הנגשים אצים לדעת דרכי לשון הקדש לכו
שברו ואכלו כי לא באתם עד עתה אל המנוחה ואל הנחלה שם ינוחו יגיעי כח· בה"ת נח: ואם תמצאו בו איזה שגיאה דעו
כי זה לא היה לחסרון המחבר· חיילים יגבר: רק קוצר השגת הנדפוקים ומיהוי הדפוס עינים לדם ולא יראו· ובהפזם
יבזבו: ואף נם זאת כי ההעתק היה מכתיבת יד ונם כי המחבר הפליא לעשות בכתבו כתיבה כפורשת נתנו ביד שני אנשים
האחד לחניה הלשון לאשינו ולא היה יודע בטיב לשון הקדש אפילו אות אחד· ואנכי הצעיר המניה לשון הקדש לא בינותי
בלשון לאשינו כיאם מעט מזער: ואם תמצאו בפסוקים מקצתם אשר לא נוקדו כהוגן ובשורה דעו כי זה היה נסבה כי לא
נוקדו על ידי המחבר רק על ידי אנשים אשר לא ידעו כל המצטרך· אבנם כל הדברים אשר נקד המחבר בידו מבש כלם
צכוחים למבין וישרים למוצאי דעת ועיניכם תראינה ושמחתם· הגדילו שמו וברכתם· אשר חלק מהכבתו אליכם:

נאם הצעיר ישראל הזיפרוני מגווסטאלה:

תבת נח

ARCA NOE

THESAVRVS

LINGVAE SANCTAE NOVVS.

D. MARCO MARINO BRIX.
Canonico Reg. D. SAL. Auctore.

אם ישמעו ויעבדו יבלו ימיהם בטוב ושניהם בנעימים׃

א

NOMEN huius literæ Hebręis est Aleph, quod totum in pronunciatione detrahitur. In ordine, quemadmodū & apud nos A, & apud Græcos Alpha, cæterarum est literarum princeps. Verùm qua figura fuerint Hebræorum literæ primis illis temporibus, quibus illis datę sunt siue à Mose, siue ab alio quopiam aut Deo, aut homine, non satis liquet. Minus ausim affirmare, formam hanc literarū, qua nunc in Bibliis vtimur, ab Esdra traditam, vt omnes ferè volunt. Aleph est consonans, & clarum ex gutture exiens, nūquam punctum Dages recipit, quemadmodum & aliæ gutturales, quatuor locis tantùm exceptis, idest ex radice בוא, Gen. 43. 25. ויביאו Et attulerunt ei munus. Leuit. 23. 17. Ab habitationibus vestris תביאו afferetis etc. Esd. 8. 18. ויביאו Et adduxerunt ad nos. Ex radice ראה, Iob. 33. 21. Quæ non ראו videbantur. Huius pronunciatio non facilè describi potest, cùm Latini non habeant illi correspondentem, nisi A vocalem, hæc autem vocalis non sit. Quare sic aliquo modo describendam putauimus, vt prius addiscas pronunciationem כ Chaph sine Dages, quæ talis est כָ Cha, hoc sequitur ה Heth, ח Ha lenius quàm Caph, post hoc ה He, ה Ha, deinceps א Aleph, אַ A, vltimo verò loco ע Ain, עַ A, ex ima gutturis parte deductum: hæc enim omnia se inuicem sequuntur modica inter se pronunciationis mutatione. Cùm non habet vocalem subscriptam, non legitur, sed adhæret pronunciationi præcedentis. Hæc sunt autem puncta vocalia, quibus afficitur, אַ אָ אֶ אֵ אִ אוֹ אוּ a e i o u, vel alia, quæ minora appellantur, vt in Grammatica dictum est. Aleph aut radicale, aut seruile est. Radicale in quouis loco dictionum quomodo se habeat, dictum est in Verbis & Nominibus Quiescentibus cùm Pe, tùm Lamed. Aleph seruile aut nomen constituit, vt אֹזֶן brachium, à זרע, aut verborum futuro præponitur, primamq; constituit personam singularem tùm masculinam, tùm etiam femininam, vt אֶזְרַע seminabo. Aliquando scribitur Aleph vice alterius literæ, vt suo quoque loco dicemus. Maximè autem ponitur loco He, ad augendam vel mutandam dictionis significationem, quemadmodū in singulis declarabimus. Aleph figura in numeris vnum significat, & Chaldęis eadem litera est. Huius nominis interpretationem vide in radice אלף.

אֹ Vide suo loco in א ante ן.
אֵ Vide suo loco in א ante י.

א א
אוּאַל Nomen proprium viri, qui tempore Esdræ vxorem gentilē duxerat, & ad iussum illius

cam repudiauit. Vel (Velle) Esdr.10.32. *De filiis Bani, Maadai, Amram,* וְאוּאֵל *& Vel.* Radix fortasse est יאל.

א ב

אב Lege radices אבב אבה אוב, & ea omnia loca, in quibus vel alterum Beth, vel He, vel Vau à Scriptura decidunt, memoriæ trade, vt facilius inuenire possis dictiones, quæ cum his duabus radicalibus אב nonnunquam remanent.

אב Nomen masculinũ genere & declinatione, suscipiens affixa, quæ sunt אָבִי אָבוּ, &bis tantùm reperitur in Bibliis, & fortasse quid propriè significet ignoratur. Etymon vocis reddere conati sunt multi, & quidem frustrà, vt notant Elias Grammaticus in Dauidem Chimhinum, & Salomon quidã in suo Dictionario. Ego quantum coniecturis possim assequi, ex collatione locorũ, arbitror dici de herba, quæ culmũ & florem vel fructũ iam emiserit, præsertim de segete, cùm spicas protulerit: nec tamen herbam ipsam significat, sed actionem illam emittendi culmum & aristã. (*Tutte l'erbe quando hanno prodotto il fuste & li fiori & frutti, anci quel produrre del fuste et fiore, che fanno l'erbe, et specialmente il frumẽto, quãdo ha fatto la spica, dicesi con questo nome.*) Latini carent nomine huic correspondente: quare vtcunq; fingendũ est docendi gratia. Fructificationẽ dicemus intelligendã eo modo, quo admonuimus. Iob 8. 12. *Adhuc est* (de גומא loquitur, ibi vide) בְּאִבּוֹ *in fructificatione sua non decerpendus.* hoc est, vix culmũ emisit. Cant.6.11. *Vt aspicerem* בְּאִבֵּי (*in*) *fructificationes vallis.* Hebr. (*A vedere se le biaue produceuano le spiche.*) Radix est אבב.

חתה	לַחֲתוֹת אֵשׁ מִגַּחֶלֶת׃	*Deſumere ignẽ de foco. Eſa. 30. 14.*
יגע	וְיִגְעוּ וגו׃ וְלְאֻמִּים בְּדֵי אֵשׁ׃	*Fatigari in igne. Ier. 51. 58.*

א ש

Deſponſauit, ad nuptias futuras aliquibus muneribus præparauit. (*Spoſare, dar l'anello, promettere di pigliar' in moglie*) Beth additur rei, qua deſponſatur mulier. Nouem vicibus inuenitur.

וְאֵרַשְׂתִּיךְ לִי בֶּאֱמוּנָה׃	*Deſponſare (in) veritate. (Firmiter.) Hoſ. 2. 20.*
אֲשֶׁר אֵרַשׂ אִשָּׁה וְלֹא לְקָחָהּ׃	*Deſponſare mulierem, nec accipere. (Ducere.) Deu. 20. 7. Nota.*
אִשָּׁה וְאֵרַשׂ וגו׃	*Deſponſare mulierem, &c. Deut. 28. 30.*
נַעֲרָה בְּתוּלָה מְאֹרָשָׂה לְאִישׁ׃	*Virgo deſponſata alicui. Deuteron. 22. 23.*
אֶת הַנַּעֲרָה הַמְאֹרָשָׂה׃	*Puella deſponſata. Deut. 22. 25.*
צָעֲקָה הַנַּעֲרָ הַמְאֹרָשָׂה׃	*Puellam deſponſatam clamare. Deut. 22. 27.*
וְאֵרַשְׂתִּיךְ לִי לְעוֹלָם וגו׃	*Deſponſare ſibi in æternum (in iuſtitia, &c. Hoſ. 2. 19.*

Deriua tiuum huius eſt אֵרשׁ.

אֵרשׁ Verbum Pohal paſſiuum ex Quieſcentibus Pe Aleph, quod tertiam præteriti fœmininã tantùm in Bibliis habet אֹרָשָׂה, cætera nihilominus formare poteris iuxta regulas grammaticales, cum opus fuerit, ſed fœminina tantùm, nam verbum eſt muliebrium, ſicut Pihel ſuperius viro rum, quod notes velim. Deſponſata fuit. (*Fù ſpoſata, promeſſa, datogli l'anello.*) Bis inuenitur in ſcriptura ſacra. Exo. 22. 15. *Quòd ſi ſeduxerit quis virginem, quæ non* אֹרָשָׂה *deſponſata fuit.* Deut. 22. 28. *Si inuenerit quis puellam virginem, quæ non* אֹרָשָׂה *deſponſata fuit.*

אֵרֶשֶׂת Nomen generis fœminini, quod ſemel legitur in Bibliis, & ob id ferè incertũ quid ſignificet. Pronuntiationem, prolationem, eloquium omnes ferè interpretati ſunt. (*Pronontia, parlare.*) Pſal. 21. 3. וְאֵרֶשֶׂת *Et eloquium labiorum eius non prohibuiſti.* Ideſt, petita obtinuit. Radix propria, vel vt aliis placet רשׁה.

אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא / **אַרְתַּחְשַׁשְׁתָּא** Nomen proprium regis Perſiæ. Artaxerſes. (*Artaſſerſe.*) Eſd. 4. 7. *In diebus* אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא *Artaxerſis, &c.* Et 7. 1. *In regno* אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא *Artaxerſis regis Perſiæ.* Neh. 13. 6. *Nam in anno triceſimoſicundo* לְאַרְתַּחְשַׁשְׂתְּא *Artaxerſis regis Babilonię.* Vox Chaldaica eſt, & fortaſſe duo Artaxerſes fuère, ſicut & bino modo ſcribitur. Expende locos, & tempora accuratius, & vide noſtrum computum annorum mundi.

א ש

אש Lege radices אִשׁ אשׁה, & obſerua eas dictiones, quæ remanent in ſcriptura cum his duabus tantùm conſonantibus radicalibus, vt eas poſtea facilius inuenire poſſis.

אִשׁ Vox, quæ bis legitur in ſcriptura ſacra corruptis exemplaribus, vt puto, pro יֵשׁ. Eſt. (*E.*) Niſi malis dicere eſſe idem quod אִישׁ, cum defectu Iod, ideſt, Vir. (*Huomo.*) 2. Sam. 14. 22. *Si* אִשׁ *eſt flectendum ad dexteram, & ſiniſtram.* Vel *ſi homo eſt ad flectendum.* Mich. 6. 10. *Adhuc* הַאִשׁ *an ſunt in domo impij theſauri impietatis?* Vel, *Adhuc ò vir.* Expende locos accurratius.

אֵשׁ Nomen generis communis, ſed fœminini ſępius, ſine plurali, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Bibliis אֵשׁ אִשְּׁכֶם אִשּׁוֹ אִשָּׁם. Cętera ex te formabis ad horum regulas, cum opus fuerint. Ignis. (*Fuoco.*)

אֲרֵה אורי Imperat.
אֲרוֹר Infinit.

Cætera formare poteris iuxta grammaticarum regulas, cum opus erunt, quamuis ego potius ſynonimis vterer, quæ vide in קִלֵּל. Maledixit, mala impræcatus eſt, antiteton בֵּרֵךְ, vel verbis, vel re ipſa mala in aliquem ingeſſit. (*Maledire.*) Notum eſt. Aliàs ארר eſt etiam à verbo אור, ibi vidę. Loci notandi.

אֲרוּרָה הָאֲדָמָה בַּעֲבוּרֶךָ׃	*Terra maledicta. Gen. 3. 18.*
אָרוּר הָאִישׁ וגו׃	*Maledictus vir, &c. Deut. 15. 27. Vide omnia.*
אָרוּר אַפָּם כִּי עָז׃	*Naſus (furor) maledictus. Gen. 49. 7.*
אֹרְרֶיךָ אָרוּר וגו׃	*Maledicentes eſſe maledictos. Gen. 27. 29.*
אָרוֹ אָרוֹר יוֹשְׁבֶיהָ׃	*Maledicere maledicẽdo. Iud. 5. 23.*
אָרוּר אַתָּה מִכָּל הַבְּהֵמָה וגו׃	*Maledictus præ omni beſtia, &c. Gen. 3. 15.*
אָרוּר אַתָּה בְּבֹאֶךָ וגו׃	*Maledictum eſſe in veniendo, & egrediendo. Deu. 28. 19.*
וַאֲרוֹתִי אֶת בְּרוּכוֹתֵיכֶם׃	*Maledicere benedictionẽ. Mal. 2. 2.*
וַאֲשֶׁר תָּאֹר יֹאָר׃	*Maledici, quem maledicas. Num. 22. 6.*
נְעֲרֵתָ זֵדִים אֲרוּרִים׃	*Superbi maledicti. Pſal. 119. 21.*
אָרוּר טְנַאֵךְ וּמִשְׁאַרְתֵּךְ׃	*Sporta maledicta, &c. Deu. 28. 17.*
יְקֻבְּחוּ אֹרְרֵי יוֹם׃	*Maledicentes diei. Iob. 3. 7. Nota.*
וְנָשִׂיא בְּעַמְּךָ לֹא תָאֹר׃	*Maledicere principem. Exo. 22. 27.*
אָרַר לִי אֶת הָעָם הַזֶּה׃	*Maledicere alicui aliquid. Num. 22. 6.*
פֹּקֵד נָא אֶת הָאֲרוּרָה הַזֹּאת׃	*Viſitare maledictam. 2. Reg. 9. 34.*
אָרוּר פְּרִי בִטְנְךָ וגו׃	*Maledictus fructus ventris. Deut. 28. 18.*
וּמְקַלֶּלְךָ אָאֹר׃	*Maledicere maledicentẽ. Gen. 12. 3*

Deriuatiua huius radicis ſunt ארר הואר מארת נאר.

אָרַר Verbum Pihel actiuum ex Quieſcentibus, Pe Aleph, & Duplicibus, ſuſcipiens affixa habet has voces tantùm in Bibliis.

אֲרָרָה	Præteritũ
מְאָרְרִים	Part. præſ.

Cętera cautè formabis, cum opus erunt, iuxta regulas grammaticales. Maledixit, mala impræcatus eſt, vel ingeſſit. Auget ſenſum maledicendi à ſuo Cal. (*Maledire, far'eſſere maledetto.*) Gen. 5. 29. *Quòd* אֲרָרָהּ *maledictam eam reddidit Dominus.* Num. 5. 18. *Et in manu ſacerdotis erunt aquæ amaræ* הַמְאָרְרִים *mala ingerentes.* Hoc eſt, infelicẽ, & miſeram mulierẽ impudicã reddentes. Nec alibi legitur hoc verbum, niſi quinque aliis vicibus eodem capite.

אֲרָרָט Nomen regionis vel prouintiæ, quam Armeniam ferè omnes autumant. Ararat. (*Ararata.*) Gen. 8. 4. *Super montes* אֲרָרָט *Ararat.* Chaldeus interpretatus eſt, ſuper montes קַרְדּוּ Cardu. Eſa. 37. 38. *Et euaſerunt* אֶרֶץ אֲרָרָט *(in) prouintiam Ararat.* Ier. 51. 27. *Regna* אֲרָרָט *Ararat.* Nota.

אֲרָרִי Quære inferius in הָרָרִי, & nota.

אָרַשׁ Verbum Pihel actiuum ex Quieſcentibus Pe Aleph, ſuſcipiens affixa, ſic flectitur in Bibliis.

אֵרַשְׁתִּי אֵרַשְׁתִּיךָ	Præteritũ.
מְאֹרָשָׂה	Part. paſſ.
תְּאָרֵשׂ	Futurum.

Cętera, quæ deſunt maſculini generis, formare poteris, cum opus fuerint, nam virorum eſt verbũ tantùm;

Terra vallis. (*Depreſſa.*) Ioſ. 17. 16. Nota.
Reſpondere (*auxiliari*) terram. (*Terræ.*) Hoſ. 2. 21.
Puluis terræ. 2. Sam. 22. 43.
Edere herbam terræ. Exo. 10. 12.
Terram aperire os, &c. Deu. 11. 6.
Terra fructus. (*Frugifera.*) Pſal. 107. 34.
Terram aperire (*os videlicet*) & deglutire. Pſal. 106. 17.
Terra umbræ mortis. (*Obſcuriſſima.*) Eſa. 9. 2.
Deambulare terram in furore. Abac. 3. 11.
Fines terræ. Eſa. 40. 27.
Fames in medio terræ. Gen. 43. 6.
Terram videre, & dolere. Poeticè. Pſal. 97. 4.
Auem multiplicari in terra. Gen. 1. 22.
Terram tremere. Pro. 30. 21.
Sciſſiones terræ. Pſal. 35. 20. Vide רגע.
Terram irrigari (*ex*) ſanguine. Eſa. 34. 7.
Latitudines terræ. Iob. 38. 18.
Famem eſſe in terra. Gen. 12. 10.
Terram tremere. Pſal. 104. 33.
Terram ſatiari. Pſal. 104. 13.
Corrumpere terram. Gen. 9. 11.
Terram orbare. 2. Reg. 2. 20.
Terra deſolata. Eſa. 1. 7.
Terram audire. Eſa. 34. 1.
Terra portarum. 1. Reg. 8. 37. Vide שער.
Terrã quieſcere à bello. Ioſ. 11. 23.
Terrã producere ranas. Pſal. 105. 30.
Prouentus terræ. Leu. 23. 29.

עמק	הַיּשֵׁב בְּאֶרֶץ הָעֵמֶק׃	
ענה	וְהֵם עֲנוּ אֶת הָאָרֶץ׃	
ענר	וַאֲשַׁחֲקֵם כְּעֲפַר אָרֶץ׃	
עשב	וְאֹכַל אֶת כָּל עֵשֶׂב הָאָרֶץ׃	
פתח	אֲשֶׁר פָּצְתָה הָאָרֶץ אֶת פִּיהָ וגו׃	
פרי	אֶרֶץ פְּרִי לְמַלְחָה׃	
פתח	תִּפְתַּח אֶרֶץ וְתִבְלַע דָּתָן׃	
צלמות	יֹשְׁבֵי בְּאֶרֶץ צַלְמָוֶת וגו׃	
קצה	בְּזַעַם תִּצְעַד אָרֶץ׃	
קרב	בּוֹרֵא קְצוֹת הָאָרֶץ׃	
רעב	כִּי זֹה שְׁנָתַיִם הָרָעָב בְּקֶרֶב הָאָרֶץ׃	
ראה	רְאֵתָה וְתָחֵל הָאָרֶץ׃	
רבה	וְיִעְרְפוּ יִרְבּוּ בָאָרֶץ׃	
רגז	תַּחַת שָׁלֹשׁ רָגְזָה אָרֶץ׃	
רגע	וְעַל רְגְעֵי אֶרֶץ וגו׃	
רוה	וְרִוְיָתָה אַרְצָם מִדָּם׃	
רחב	תַּחְתֻּנַּנְתָּ עַד רְחֵבֵי אָרֶץ׃	
רעב	וַיְהִי רָעָב בָּאָרֶץ׃	
רעד	הַמַּכְּיִט לָאָרֶץ וַתִּרְעָד׃	
שבע	מִפְּרִי מַעֲשֶׂיךָ תִּשְׁבַּע הָאָרֶץ׃	
שחת	וְלֹא יִהְיֶה עוֹד מַבּוּל לְשַׁחֵת הָאָרֶץ׃	
שכל	וְהָאָרֶץ מְשֻׁכָּלֶת׃	
שמם	אַרְצְכֶם שְׁמָמָה׃	
שמע	תִּשְׁמַע הָאָרֶץ וּמְלֹאָהּ׃	
שער	כִּי יָצַר לוֹ אִבּוּ בְּאֶרֶץ שְׁעָרֶיהָ׃	
שקט	וְהָאָרֶץ שָׁקְטָה מִפֹּלְחָמוֹ׃	
שרץ	שָׁרַץ אַרְצָם צְפַרְדְּעִים׃	
תבואת	בְּאֶסְפָּכֶם אֶת תְּבוּאַת הָאָרֶץ׃	

Deriuatiua huius ſunt. אַרְצָא אֶרֶץ תַּחְתִּים חָדְשִׁי.

אַרְצָא Nomen proprium viri æconomi regis Elah. Arza. (*Arza.*) 1. Reg. 16. 11. *Ebrius domi* אַרְצָא *Arzæ æconomi in Tirzah.* Radix eſt ארץ.

אֶרֶץ תַּחְתִּים חָדְשִׁי Nomẽ proprium cuiuſdam regionis. Erez Tachtim hodſi. (*Terra di Tachtim nuoua.*) 2. Sam. 24. 6. *Et venerunt in Galaad, & ad* אֶרֶץ תַּחְתִּים חָדְשִׁי *Erez Tachtim hodſi.* Sunt tres dictiones, quas ſingillatim vide.

אַרְקָא Nomen Chaldeum formę maſculinæ, idẽ quod אַרְעָא mutatione ſolita ע in ק facta. Terra, humus. (*Terra.*) Hebraicè אֶרֶץ dicitur. Ier. 10. 11. *Qui cælos* וְאַרְקָא *& terram non fecerunt.*

אָרַר Verbum Cal actiuum ex Quieſcentibus Pe Aleph & Duplicibus, ſuſcipiens affixa, ſic flectitur in Bibliis.

אֲרוּתִי אֲרוֹתִיךָ	Præteritũ.
אֲרֵרֶיךָ	Part. præſ.
אָרוּר אֲרוּרִים / אֲרוּרָה	Part. paſſ.
אָאֹר תָּאֹר	Futurum.

si quidam asserat, He verti in Thau, quod nequaquàm verum est, sed tunc venit ab אָשָׁה, vt suo loco habes. Ezec.18.6. *Et ad* אִשָּׁה *mulierem elongationis* (vide נִדָּה) *non accesserit*. Transfertur eleganter ornatèq; ad omnia fœminina, vt illud ansularum, & cortinarum Exo. 26.3. *Coniunctæ* אִשָּׁה *mulier ad sororem suam*. Hoc est inuicem. Sic Esa. 34.15. de picis. *Ast illic congregabuntur picæ,* אִשָּׁה *mulier cum socia sua*. Sic Ezec.1. 9. ad quatuor animalia-tranſtulit. *Coniuncta* אִשָּׁה *mulier ad sororem suam (inuicem) alis*. Notandi sunt loci Salomonis. Pro.18.21. *Qui inuenit* אִשָּׁה *mulierem, inuenit bonum*. Et Eccl.7.28. *Equidem inuenio amariorẽ morte* אֵת הָאִשָּׁה *mulierem*. Et ver. 30. וְאִשָּׁה *Et mulierem in omnibus his non inueni*. Nam satis lepidè quidam philosophantur super his vocibus אִישׁ, quæ in arithmetica 311. significat, & אִשָּׁה 306. הָאִשָּׁה 311. וְאִשָּׁה 312. vt locos illos concilient, sed hoc alias. Sepius vsurpatur pro vxore. (*Moglie.*) Loci aliquot ob seruandi.

לְךָ אֱהַב אִשָּׁה וגו׳	*Amare mulierem, &c. Hos.3.1.*
בֶּן אִשָּׁה אַחֶרֶת אַתָּה׃	*Filius alterius mulieris. Iud.11.2.*
אֲבָל אִשָּׁה אַלְמָנָה אָנִי׃	*Mulier vidua. 2. Sam.14.5.*
וְכִי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה וּבָעַל וגו׳	*Desponsare mulierem. Deut.20.7.*
אִכֵּן בְּגֹדֶת אִשָּׁה מֵרֵעָהּ וגו׳	*Mulierem præuaricari ab amico. Ier.3.20.*
וַיֵּצֵא בֶּן אִשָּׁה יִשְׂרְאֵלִית וגו׳	*Filius mulieris. Leuit.24.10.*
אִם בַּעַל אִשָּׁה הוּא׃	*Dominus mulieris (Coniugatus.) Exo.21.3.*
וְשָׁם אִשָּׁה גְּדֹלָה׃	*Mulier magna. (Honore, diuitijs, & huiusmodi.) 2. Reg.4.8.*
וַתְּהִי לִי לְאִשָּׁה׃	*Esse alicui vxori. (In vxorem.) Gen.20.12.*
וְקָרָאתִי לְךָ אִשָּׁה מֵינֶקֶת וגו׳	*Mulierem lactare. Exo.2.7.*
אִשָּׁה חֲרֵגָתוֹ׃	*Mulierem interficere aliquem. Iud.9.54. (Exo.2.2.*
וַחֲמֹר הָאִשָּׁה וְהַלֶּד בֵּן׃	*Mulierem ingrauidari, & parere.*
וְאִשָּׁה כִּי תִהְיֶה זָבָה׃	*Mulierem fluxũ pati. Leu.15.19.*
לְהַצְדִּיל מֵאִשָּׁה זָרָה וגו׳	*Mulier extranea. Pro.2.15.*
אִשּׁוֹת הַזּוֹנָה׃	*Mulieres peßimæ cogitationis. Ezec.23.44.*
וּמֵצַח אִשָּׁה זוֹנָה הָיָה לָךְ׃	*Frons mulieris meretricis. Ier.3.3*
כְּעֲשֹׂה אִשָּׁה זוֹנָה שַׁדָּכְתְּ׃	*Actio mulieris meretricis potentißimæ. Ezec.16.30.*
כְּבוֹא אֶל אִשָּׁה זוֹנָה וגו׳	*Venire vt ad mulierem meretricem, &c. Ezec.23.44.*
כִּי יִקַּח אִישׁ אִשָּׁה חֲדָשָׁה׃	*Accipere vxorẽ nouam. Deu.24.5.*
וְכָל אִשָּׁה חַכְמַת לֵב׃	*Mulier sapiens corde. Exo.35.25.*
וְהָאִשָּׁה כִּי טוֹבָה שִׂכְלָהּ וגו׳	*Mulier bona intellectu, &c. 1. Sam. 25.3. (31.17.*
וְכָל אִשָּׁה יְדַעַת אִישׁ׃	*Mulierem cognoscere virũ. Num.*
וְכָל אִשָּׁה יֹדַעַת מִשְׁכַּב זָכָר תַּחֲרִימוּ׃	*Mulierem cognoscere concubitum masculi. Iud.21.11.*
וְתֵלֶד הָאִשָּׁה בֵּן׃	*Mulierem parere filiũ. Iud.13.24.*
אָדָם יָלוֹד אִשָּׁה׃	*Homo natus mulieris. Iob.13.29.*
אִשָּׁה יָפָה וְטָרַת טָעַם׃	*Mulier pulchra illepida. Pro.11.22*
כִּי אִשָּׁה יְפַת מַרְאֶה אָתְּ׃	*Mulier pulchra aspectu. Gen.12.11*
עַל אַרְוַת הָאִשָּׁה הַכֻּשִׁית׃	*Mulier Aethiopissa. Num.12.1.*
אִם נִפְתָּה לִבִּי עַל אִשָּׁה׃	*Cor decipi super muliere. Iob.31.9*
וְתִקַּח לוֹ אִשּׁוּ אִשָּׁה׃	*Accipere vxorem. Gen.21.21.*
וְדֶלֶף טֹרֵד מְדְיְנֵי אִשָּׁה׃	*Contentiones mulieris. Pro.19.13*
כָּהֵר יַהֲרֹג לוֹ לְאִשָּׁה׃	*Dotare sibi vxori. (In vxorem.) Exo.22.15.*
אֶת זָכָר לֹא תִשְׁכַּב מִשְׁכְּבֵי אִשָּׁה׃	*Concubitus mulieris. Leu.18.22.*
נֹאֵף אִשָּׁה חֲסַר לֵב׃	*Adulter mulieris. Pro.6.22.*

& tribui Ruben ascripta, vt Ios.10.40. *Percussit q, Iosue, omnem regionem montanam, & meridiei, & planitiei, & profusionum.* (*Asedoth.*) Et 12.3. *Et a meridie subter* אַשְׁדּוֹת *Asedoth (profusionibus) Phasgæ.* Et 13.20. וְאַשְׁדּוֹת *Et Asedoth Phasgæ.* Vide etiam Deut. 3.17. & 4. 49. & confer locos. Non inuenitur alibi. Radix est propria, & hinc fortasse deriuantur אַשְׁדּוֹרִי אַשְׁדּוֹרִית׃

אַשְׁדּוֹד Nomen proprium vrbis fœmininum genere, & cum He aduerbiali in fine אַשְׁדּוֹדָה. Asdod, Azotus nostris. (*Azoto.*) Hanc incolebant Anacei, vel Philistiim, vt Ios. 11. 22. וּבְאַשְׁדּוֹד *Et in Azotum remanserunt*. Nihilominus tribui Iudæ ascripta erat, & in planitie constructam fuisse colligimus ex eodem Ios. 15. 46. אַשְׁדּוֹד *Azotus cum opidis, & villis eius.* 1. Sam. 5. 1. *Philistei accipientes arcam Dei adduxerunt eam ex Ebenhaezer* אַשְׁדּוֹדָה *Azotum*. Expugnata fuit à Tartano, vt habes Esaiæ. 20. 1. Hinc Ierem. 25. 20. legimus, prophetam iussu diuino propinasse calicem furoris diuini reliquiis Azoti. Expende locum. Aduersus eam prophetauerat Amos 1. 8. & hinc est quòd 2. Paralip. 26. 6. legitur de Vsia rege Iudæ. *Et egressus pugnauit in Philisteos, & diruit muros Gath & muros Iabneh, & muros* אַשְׁדּוֹד *Azoti, ædificauit q ciuitates in Azoto*. Ex quo loco videtur, totam illam regionem, quam Ios. 15. 46. habes, vocatam fuisse Azotum à sua metropoli. Confer locos, & tempora. Radix est, vel אשר, vel שׁוד, & illic habentur deriuata.

אַשְׁדּוֹדִי Nomen gentile à superiori masculinum genere & declinatione אַשְׁדּוֹדִים. Azoteus. (*D'Azoto.*) Ios. 13. 3. *Gazensis,* וְהָאַשְׁדּוֹדִי *& Asdodeus (Azoteus.)* 1. Sam. 5. 3. *Et mane surgentes* אַשְׁדּוֹדִים *Azotei, &c.*

אַשְׁדּוֹדִית Nomen gentile sicut & superius, fœmininum genere, & declinatione אַשְׁדּוֹדִיּוֹת. Azotea. (*D'Azoto.*) Vsurpatur aduerbialiter, vt Neh. 13. 24. *Quorum filij dimidium loquebantur lingua* אַשְׁדּוֹדִית *Azotea*. Et ver. 23. *Duxerant vxores* אַשְׁדּוֹדִיּוֹת *Azoteas.*

אֹשׁ Ex hac radice emanant אִשָּׁה אִשּׁוּת, & fortasse חתאשש, quę suo loco vide.

אִשָּׁה Nomen masculinum genere & declinatione, suscipiens affixa, quæ sunt in Bibliis. אִשָּׁה אִשָּׁת אִשֵּׁי אִשָּׁי. Cætera etiam, quæ ad Deum pertinent, formare poteris, cum opus erunt, vt puta cum secundo, & tertio affixo. Sacrificium, sic dictum, quòd totum, vel eius quædam pars igne adureretur. (*Sacrificio.*) Nos ignitum appellabimus. Exo. 29. 18. *Holocaustum est Domino, odor gratissimus,* אִשֶּׁה *ignitum Domino est*. Leuit. 1. 9. אִשֶּׁה *Ignitum odoris suauissimi Domino est*. Et 2. 2. eadem verba repetit de מִנְחָה oblatione. Num. 15. 3. *Et facietis* אִשֶּׁה *ignitum Domino, &c.* Deut. 18. 1. אִשֵּׁי *Ignita Domini, & hereditatem eius comedent*. Ios. 13. 14. אִשֵּׁי *Ignita Domini Dei Israel est possessio eius.* Num. 28. 2. לְאִשַּׁי *Ignitis meis.* Radix est אשׁ.

אִשָּׁה Nomen fœmininum genere, & declinatione אִשּׁוֹת, quod tamen plurale semel legitur in Bibliis, sed eius loco mutuatur נָשִׁים, de quo in litera Nun agemus. Fœmina, mulier. (*Femina, donna.*) Notum est. Gen. 2. 22. *Et ædificauit Dominus Deus costam, quam sumpserat ab homine* לְאִשָּׁה *mulieri*. In mulierem. Et ver. 23, *Hæc appelletur* אִשָּׁה *virago, quia ex* אִישׁ *viro sumpta est*. Non mutatur in regimine, &

אֲשֶׁר קָדַם מֶלֶךְ בָּבֶל בָּאֵשׁ׃	*Torrere aliquè (in) igne. Ier.29.22*
אֲפִיק קְלוּי בָּאֵשׁ׃	*Spica ßtota (in) igne. Leu.2.14.*
וְהִנֵּה קֹרֵא לָרִב בָּאֵשׁ אֲדֹנָי יְיָ׃	*Vocare ad litigandum (in) igne. Amos.7.4.*
רוּחֲכֶם אֵשׁ תֹּאכְלֵכֶם׃	*Spiritum esse ignem deuorantem. Esa.33.11.*
וְתִנַּח רֶכֶב אֵשׁ וְסוּסֵי אֵשׁ׃	*Currus ignis, & equi ignis. 2. Reg. 2.11.*
רִשְׁפֵּיהֶם רִשְׁפֵּי אֵשׁ׃	*Prunas amoris esse prunas ignis. Cant.8.6.*
וְלֹא יַצִּיל שַׁלְהֶבֶת אֵשׁוֹ׃	*Flammam ignis ßlẽdere. Iob 18.5.*
שִׁלְחוּ בָאֵשׁ מִקְדָּשֶׁךָ׃	*Mittere aliquid in igne. (Hebr. pro ignem in aliquid iniicere.) Psal.74.7.*
מִמָּרוֹם שָׁלַח אֵשׁ בְּעַצְמֹתַי וגו׳	*Mittere ex alto ignem, & cætera. Thren.1.13.*
שָׁפַךְ כָּאֵשׁ חֲמָתוֹ׃	*Versare sicut ignem furorem. Thren.2.4.*
וְתִשְׁקַע בָּאֵשׁ׃	*Ignem profundari. Num.11.2.*
שְׂרָפִים אֶת בְּנֵיהֶם בָּאֵשׁ׃	*Comburere filios (in) igne. 2. Reg. 17.31.*
אֵשׁ שְׂרָפָתָם׃	*Ignem vrere. Esa.47.14.*
הָיָה לְשִׂרְפַת אֵשׁ׃	*Esse combustioni (in combustionẽ) ignis. Esa.64.11.*
אֵשׁ תָּמִיד תּוּקַד עַל הַמִּזְבֵּחַ תָּשִׁית בּוֹ כְּתַנּוּר אֵשׁ׃	*Ignem continui accendi. Leu.6.6. Furnus ignis. Psal.21.10.*

Illud autem Ier. 6. 29. נָתַר מִפָּה מֵאֵשְׁתָּם, & si uox vnica fit, legitur tamen disiunctim מֵאֵשׁ תָּם ideſt, *Sufflatorium succensum est (combustum) ab igne; plumbum consumptũ est*; qui locus librariorum vitio corruptus restituendus est.

Cæterum & in Chaldeo hoc nomen sub forma אֶשָּׁא idem significat, vt Dan. 7. 11. *Et datum est in aduſtionem* אֶשָּׁא *igni*.

Radix mihi est propria, & hinc deriuãtur אֶשְׁבַּעַל אִשֶּׁה

אשׁשׁ Duplicata omnia habentur inferius suo loco proprio.

אֶשָּׁא Quære in superiori אֵשׁ.

אַשְׁבֵּל Nomẽ proprium filij Beniamin. Asbel. (*Asbelo.*) Gen. 46. 21. וְאַשְׁבֵּל *Et Asbelus.* Hinc deriuatur אַשְׁבֵּלִי, & si radix horũ fortasse fit שׁבל.

אַשְׁבֵּלִי Nomen gentile superioris masculinum genere. Asbeleus. (*Della casa d'Asbele.*) Num. 26. 38. *Asbelitarum familia* הָאַשְׁבֵּלִי *Asbelea*. Radix fortasse est שׁבל.

אֶשְׁבָּן Nomen proprium nepotis Sehir. Esban. (*Esbano.*) Gen. 36. 27. וְאֶשְׁבָּן *Et Esban.*

אַשְׁבֵּעַ Nomẽ propriũ viri ex tribu Iudæ. Asbea. (*Asbea.*) 1. Par. 4. 21. *Et familiarũ Beth Abodath habuit domui* אַשְׁבֵּעַ *Asbeæ*. Vel est nomen loci, ũt infra in בֵּית אַשְׁבֵּעַ. Radix fortasse est שׁבע.

אֶשְׁבַּעַל Nomen proprium filij Saul. Esbahal. (*Esbahalo.*) 1. Par. 8. 33. וְאֶת אֶשְׁבַּעַל *Et Esbahalum.* Compositum est ex אֵשׁ, & בעל.

אֶשֶׁד Nomẽ masculinum genere, cũ plurali fœmino terminatione אַשְׁדוֹת, & fortasse incertũ, quid propriè significet. Profusionẽ, effusionẽ, decliuitatem montium, vbi aquę confluunt, omnes interprætati sunt. (*Spandimento, versamento.*) Mihi verò est nomen loci in regione Amoreorum. Esed. (*Esede.*) Num. 21. 16. וְאֶשֶׁד *Et Esed vallium*. Fortitan erat vrbs in ipso profusionis vallium ex mõtibus principio. In plurali insuper mihi est nomen castrorum aliquot, quæ in montis פִּסְגָּה profusione constructa erant,

& tri-

וַיִּתְבָּעֵר בָּם אֵשׁ יְיָ׃	*Ignis Domini. (Fortasse, qui vulgò S. Antonij dicitur. Ignis sacer.) Num.11.1.*
אֵשׁ לְפָנָיו תֵּלֵךְ׃	*Ignem ire ante aliquem. Psal.97.3*
כִּי יֵצֵא אֵשׁ וּמָצְאָה קוֹצִים וגו	*Ignem egredi, & inuenire aliquid. Exo.22.5.*
אֵשׁ יֵקָּדֵחַ כָּל הַיּוֹם׃	*Ignem vrere tota die. Esa.65.6.*
כִּיקוֹד אֵשׁ׃	*Combustio ignis. Esa.10.15.*
כִּי יִרְאֹתֶם מִפְּנֵי הָאֵשׁ׃	*Timere à facie ignis. Deu.5.5.*
תֵּרֵד אֵשׁ מִן הַשָּׁמַיִם׃	*Ignem descendere è cælo. 2. Reg. 1.10.*
בְּאֶפֶס עֵצִים תִּכְבֶּה אֵשׁ׃	*Ignem extingui deficientibus lignis. Pro.26.19.*
בְּאֵשׁ עֶבְרָתִי דִּבַּרְתִּי׃	*Consummere in igne furoris. Eze. 22.31.*
בִּלְבַּת אֵשׁ׃	*Cor (medium) ignis. Exo.3.2.*
וְלַהַב אֵשׁ אֹכְלָה׃	*Flamma ignis deuorantis. Esa. 29.6.*
אֵשׁ לֹהֶטֶת בְּאַרְצָם׃	*Ignis flammarum. (Maximus.) Psal.105.32.*
מְשָׁרְתָיו אֵשׁ לֹהֵט׃	*Ignem ardere. Psal.104.4.*
וְלַפִּיד אֵשׁ׃	*Fax ignis. (Ignita.) Gen.15.17.*
וַיִּקַּח בְּיָדוֹ אֵת הָאֵשׁ׃	*Accipere ignem in manu. (Ideſt in aliquo vase, vel ligno ignito.) Gen.22.6. (24.*
כָּאֵכֶל קַשׁ לְשׁוֹן אֵשׁ׃	*Lingua ignis. (Est flamma.) Esa.5.*
וְהָיְתָה לְשַׂרְפַת מַאֲכֶלֶת אֵשׁ׃	*Cibus (aduſtio) ignis. Esa.9.5.*
וְאֵשׁ הַמִּזְבֵּחַ תּוּקַד בּוֹ׃	*Ignem altaris accendi. Leu.6.2.*
כִּי יִהְיֶה בְעֹרוֹ מִכַּת אֵשׁ׃	*Aduſtio ignis. Leu.13.24.*
יְהִי עֹרֵב הַמַּשְׁפִּיעַ פַּסֵּי אֵשׁ׃	*Aspectus ignis. Num.9.15.*
וְאַחֲרֶיהָ תֹּאכַל בָּאֵשׁ׃	*Comedi (in) igne. Ezec.23.25.*
וְנֹגַהּ אֵשׁ לַהֶבֶת לָיְלָה׃	*Splendor ignis flammæ. (Maximi.) Esa.4.5.*
וַתְּהַלֵּךְ אֵשׁ אַרְצָה׃	*Ignem discurrere humi. Exo.9.23.*
כְּהִתַּךְ רוֹנַג מִפְּנֵי אֵשׁ׃	*Ceram liquefieri à facie ignis. Psal. 68.3.*
נָפַח בְּאֵשׁ פָּחָם׃	*Insufflare in igne carbonis. Esa. 54.16.*
תְּאֻכְלֵהוּ אֵשׁ לֹא נֻפָּח׃	*Ignis non exsufflatus. (Ideſt maximus.) Iob.20.26.*
וַתִּפֹּל אֵשׁ יְיָ וגו׃	*Ignem cadere. 1. Reg.18.38.*
וְאֵשׁ נִשְׁקָה בְיַעֲקֹב׃	*Ignem accendi. Psal.78.21.*
כְּאֵשׁ יִשְׂרַף׃	*Comburi (in) igne. Leu.7.7.*
חֲמָתוֹ נִתְּכָה כָאֵשׁ׃	*Furorẽ effundi sicut ignẽ. Nah.1.6.*
וְנָתְנוּ בְנֵי אַהֲרֹן הַכֹּהֵן אֵשׁ עַל הַמִּזְבֵּחַ׃	*Dare (ponere) ignem super aliquid. Leuit.1.7.*
הֲנִנִי נֹתֵן דְּבָרַי בְּפִיךָ לְאֵשׁ׃	*Dare verba in ore igni. (Vt ignis sint.) Ier.5.15.*
הִנָּה לָאֵשׁ נִתַּן לְאָכְלָה׃	*Dari igni in cibum. Ezec.15.4.*
וַנִּתְּנוּ אֶת אֱלֹהֵיהֶם בָּאֵשׁ׃	*Dare (ponere) in ignem. 2. Reg. 19.18.*
וַתַּעַל הָאֵשׁ מִן הַצּוּר׃	*Ignem ascendere ex lapide. Iudic. 6.21.*
וְלַיְלָה בְּעַמּוּד אֵשׁ׃	*Columna ignis. Exo.13.21.*
אֱלֹהִים אֲשֶׁר יַעֲנֶה בָאֵשׁ	*Deum respondere (in) igne. 1. Reg. 18.24.*
כְּאֵשׁ פְּלָדוֹת תַּרְכֵּב׃	*Ignis facum. Nah.2.4. Vide* פלדות.
צְלִי אֵשׁ וְמַצּוֹת וגו׃	*Assus igne. Exo.12.8.*
וַעֲרֹשְׁפֵּתָיו כְּאֵשׁ צָרֶבֶת׃	*Ignis aduſtionis. (Comburens.) Pro.16.27.*
כִּי אֵשׁ קָרְחָה בְאַפִּי׃	*Ignem accendi in furore alicuius. Deut.32.22.*
לְעֻכּוּ כְּאֵשׁ קוֹצִים׃	*Extingui ad instar ignis spinarum. Psal.118.12.*

sine lana, quasi ea destitutum, deuastatumue dicēres. 2. Regum. 17. 30. *Et viri Hamath fecerunt* אֶשְׁמָא *Asima.*

Radix אשם.

אֶשְׁמָה Nomen fœmininum genere, & declinatione, fuscipiēs affixa, quæ sunt in Bibliis. אֶשְׁמָה אַשְׁמַת אַשְׁמָתִי אַשְׁמָתְנוּ אַשְׁמַתְכֶם אַשְׁמָתָם. Cætera, quæ desunt, formare poteris iuxta canones grammaticales, cum opus fuerint. Peccatum, delictum, eo modo, vt in Cal habes, quasi desolationem, deuastationem illius viri diceres. *(Peccato, delitto.)* Loci aliquot obseruandi.

לְמַר	כִּי לְאַשְׁמַת יְיָ עָלֵינוּ אַתֶּם אֲמָרִים וגו׳	*Dicere ad delictū Domino super aliquo. (Idest vt ille delinquat Domino.) 2. Par. 28. 13.*
נדל	וְאַשְׁמָתֵנוּ גָדְלָה עַד שָׁמָיִם׃	*Delictum crescere vsq; ad cælum. Esd. 9. 6.*
נדל	אַחְנוּ בְאַשְׁמָה גְדוֹלָה וגו׳	*Esse in delicto magno. Esd. 9. 7.*
וסיף	לְהוֹסִיף עַל חַטֹּאתֵינוּ וְעַל אַשְׁמָתֵנוּ וגו׳	*Addere super delictō, & illud esse multum. 2. Par. 28. 13.*
היה	לַיְיָ יִהְיוּ לְאַשְׁמָה לְיִשְׂרָאֵל׃	*Esse delicto (in delictum) alicui. 1. Par. 21. 3.*
הרבה	כִּי הוּא אָמוֹן חִרְבָּה אַשְׁמָה	*Multiplicare delictū. 2. Par. 33. 23*
חטא	יֶחֱטָא לְאַשְׁמַת חָעָם׃	*Peccare delicto alicuius. Leuit. 4. 3. Idest & sit causa delicti alicuius. Nota.*
נכחד	וְאַשְׁמָתִי מִמְּךָ לֹא נִכְחָדוּ׃	*Delicta non cælari à Deo. Ps. 69. 6.*
כשבע	הַנִּשְׁבָּעִים בְּאַשְׁמַת שֹׁמְרוֹן	*Iurare in (per) delicto alicuius. Amos. 8. 14.*
עון עם	וְהָשִׁיאוּ אוֹתָם עֲוֹן אַשְׁמָה׃	*Iniquitas delicti. Leuit. 22. 16.*
	רַק אַתֶּם עַמְּכֶם אַשְׁמוֹת לַיְיָ אֱלֹהֵיכֶם׃	*Delicta esse cum aliquo Domino. (Apud Dominū.) 2. Par. 28. 10. Nota phrasim.*

Radix est אשם.

אַשְׁמַנִּים Nomen plurale masculinum genere, quod semel legitur in Bibliis, & fortasse qd propriè significet, & ex qua radice sit, ignoratur. Vero similius tamen est, vt sit a radice אשם, & Desolationes, seu loca desolata significet, hoc est sepulchra, vt omnes ferè interpretati sunt, quæ nullo vsui cōcedūtur. *(Cemeterio, luoco done si sepelisce o li morti.)* Quidam à שמן deducunt, quod non placet. Esa. 59. 10. בָּאַשְׁמַנִּים *In sepulchris tanquam mortui.* Expende locum accuratius.

אַשְׁמוּרָה Nomen fœmininum genere, & declinatione אַשְׁמֻרוֹת. Custodia, vigilia, à seruando sic dicta. *(Guardia, veggia.)* Castrense nomen est. Nox diuidebatur in tres vigilias, quod notes. Quatuor vicibus tantùm legitur in Bibliis.

הגה	בְּאַשְׁמֻרוֹת אָחוּר בָּךְ׃	*Meditari in vigilijs. Psal. 63. 7.*
גיל	וְאַשְׁמוּרָה בַּדְּיֵמָה׃	*Vigilia in nocte. Psal. 90. 4.*
עין	קִדְּמוּ עֵינַי אַשְׁמֻרוֹת׃	*Oculos præuenire vigilias. Psal. 119. 147.*
לראש	לְרֹאשׁ אַשְׁמֹרֶת׃	*Caput vigiliarum. Thren. 2. 19.*

Radix est שמר.

אַשְׁמֶרֶת Nomen formę fœmininæ, sine plurali, idem cum superiori. Custodia, vigilia. *(Custodia, guardia, veggia.)* Exo. 14. 24. *Et factum est* בְּאַשְׁמֹרֶת *in vigilia matutina.* 1. Sam. 11. 11. *Et ingressi sunt per media agmina* בְּאַשְׁמֹרֶת *in vigilia matutina.* Iud. 7. 19. *In principio* הָאַשְׁמֹרֶת *vigiliæ mediæ.* Nec alibi reperitur.

Radix est שמר.

אִישׁוֹן
אִישׁוֹן } Quære superius in א ante י suo loco proprio.

Gen. 42. 21.

אֲחִינוּ׃	
וְהוּא יָדַע וְאֵשֶׁם לְאַחֵרֶת	*Cognoscere, & pœnitere alicui (alicuius) rei. Leuit. 4. 4*
מֵאָלָה׃	
וְנֶאְשָׁמִים אֵיךְ יֵצֵא עָלֵיו	*Pœnitentes dare aliquid pro delicto. Esd. 10. 19.*
אַשְׁמָתָם׃	
כָּל אֹכְלָיו יֶאְשָׁמוּ׃	*Edētes aliquos delinquere. Ier. 2. 3*
אָשֵׁם אָשַׁם לָיְיָ׃	*Delinquendo delinquere Domino. Leuit. 5. 19.*
וְאָשֵׁם בַּבַּעַל׃	*Delinquere in Bahal. Hos. 13. 1.*
כְּרֹסֶךְ אֲשֶׁר שָׁפַכְתָּ אָשֵׁמְתָּ	*Delinquere in sanguine. Eze. 22. 4*
אֲשֶׁר קְרֵיהֶן יַחֲרֹן וְלֹא אָשֵׁמוּ׃	*Interficere, nec pœnitere. Zac. 11. 5.*
וְהוּא טָמֵא וְאָשֵׁם׃	*Immundus, & pœnitēs. Num. 5. 2.*
וְאָשְׁמוּ יֹשְׁבֵי בָהּ׃	*Habitatores terræ reos (anathematizatos) euadere. Esa. 24. 6.*
וְאָשְׁמוּ מִזִּבְחוֹתֵיהֶם׃	*Altaria desolata reddi. Ezec. 6. 6.*
אֲשׁוּבָה אֶל מְקוֹמִי עַד	*Redire ad locum tuum, quoad ali*
אֲשֶׁר יֶאְשְׁמוּ וגו׳	*quem pœniteat, &c. Hos. 5. 15.*
אֲשֶׁר לֹא תַעֲשֶׂנָה וְאָשֵׁם׃	*Facere non fienda, & pœnitere. Leut. 4. 27.*
וְאָשְׁמָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא׃	*Animam pœnitere. Num. 5. 6.*
וְעָבַר וְאָשֵׁם׃	*Ventum transire, & aliquē delinquere. Abac. 1. 11.*
פְּעֵת תְּאַשְּׁמוּ׃	*Pœnitere pro tempore. Iud. 21. 22.*
פֶּן יְקַלְלֶךָ וְאָשַׁמְתָּ׃	*Mal. dicere alicui, & illum desolatū euadere. (Idest anathematizeriri, & ob id pœnitendum. Locus dilucidandus.) Pro. 30. 10.*
בִּשְׁגָגָה וְאָשֵׁם׃	*Facere aliquid ignoranter, & pœnitere. Leuit. 4. 22.*
וְשֹׁנְאֵי צַדִּיק יֶאְשְׁמוּ׃	*Osores iusti delinquere. Ps. 34. 22.*

Deriuatiua huius radicis sunt. אָשֵׁם אֲשִׁימֶנָּא אַשְׁמַת אַשְׁמָנִים הָאֲשֵׁמִים נאשם׃

אָשֵׁם Nomen masculinum genere & declinatione suscipiens affixa, quæ sunt in Bibliis. אָשֵׁם אַשְׁמוֹ אַשְׁמָה. Cætera etiam formare poteris, cum opus fuerint, ad regulas grammaticales. Peccatum, delictum, eo modo vt in Cal diximus. *(Peccato, delitto.)* Sępius eleganter vsurpatur pro victima, quæ pro expiando delicto immolatur, quasi illa propriè delictum sit, vel delicti testis. Piaculum nos dicemus. Differt à חַטָּאת, sicut & Cal à חָטָא, ibi vide. Loci aliquot obseruandi.

אל	וְרָכַס כֶּחָן יְכַפֵּר עָלָיו בְּאֵיל הָאָשָׁם׃	*Aries piaculi. Leuit. 5. 16.*
לכל	וְהָאָשָׁם דָּמָּה יֵאָכֵלוּם׃	*Edere piaculum. Ezec. 44. 29.*
הכיא	וְהֵבִיאַת אֶת אֲשָׁמוֹ לַיְיָ	*Adducere super aliquem delictū. Gen. 26. 10.*
הכיא	וְהֵבִיא אֶת אֲשָׁמוֹ לַיְיָ	*Adducere suum piaculum Domino. Leuit. 5. 6.*
הלץ	אֱוִילִים יְלִיץ אָשָׁם׃	*Delictum illudere stultos. Pro. 14. 9. Vide* הלץ.
השיב	וְהֵשִׁיב אֶת אֲשָׁמוֹ רֹאשׁוֹ	*Reddere delictum in caput. (Il capitale. In integrum.) Num. 5. 7.*
השיב	לְהָשִׁיב הָאָשָׁם אֵלָיו׃	*Reddere delictū alicui. Num. 5. 8.*
התהלך	סְתָתֵךְ בְּאַשְׁמֵיהֶן׃	*Ire in delictis suis. Psal. 68. 22.*
כסף	כֶּסֶף אָשָׁם וגו׳	*Argentum piaculi. 2. Reg. 12. 17.*
מלא	כִּי אֲרַצָם מָלְאָה אָשָׁם׃	*Terram repleri delicto. (Vel piaculo, pœnitentia.) Ier. 51. 5. Locus declarandus.*
נפש	אִם תָּשִׂים אָשָׁם נַפְשׁוֹ׃	*Ponere animā piaculū. Esa. 53. 10.*
נחט	וְשָׁחֲטוּ אֶת הָאָשָׁם׃	*Mactare piaculum. Leuit. 6. 25.*
תורה	וְאֵת תּוֹרַת הָאָשָׁם׃	*Lex piaculi. Leuit. 6. 24.*

אַשִׁימָא Nomen idoli gētis חֲמַת. Asimà. *(Asima.)* Iudei interpretantur hircum siluestrem

7. 9.

חִבְּלוּ אֶשְׁכְּלוֹתֶיהָ עֲנָבִים׃	*Botros maturare vuas. Gen. 40. 10*
אֶשְׁכֹּל הַכֹּפֶר דּוֹדִי לִי׃	*Botrus cyperi. Cant. 1. 14.*
וַיְכָרְתוּ מִשָּׁם זְמוֹרָה וְאֶשְׁכֹּר	*Abscindere botrum vuarum, &c.*
עֲנָבִים אֶחָד וגו׳	*Num. 13. 24. Vide & ver. 25.*
אֶשְׁכְּלוֹת מְרֹרוֹת לָמוֹ׃	*Botri amaritudinum. Deut. 32. 32*
וְשָׁדַיִךְ לְאֶשְׁכֹּלוֹת׃	*Mammas assimilari botris palmæ. Cant. 7. 8.*
כַּאֲשֶׁר יִמָּצֵא הַתִּירוֹשׁ	*Mustum reperiri in botro, etc. Esa.*
בָּאֶשְׁכּוֹל וגו׳	*65. 9.*

Alias אֶשְׁכּוֹל est nomen proprium viri Amorei fratris Mamre. Escol. *(Escolo.)* Gen. 14. 13. *Mamre Amorei fratris* אֶשְׁכּוֹל *Escol, & fratris Aner.*

Radix est שכל, & illic habes huius compositum.

אַשְׁכְּנַז Nomē proprium filij Gomer. Aschenaz, idest Alcanius. *(Ascanio.)* Gen. 10. 3. *Filij verò Gomer* אַשְׁכְּנַז *Aschenaz, &c.* Ieremias insuper cap. 51. 27. meminit regni Aschenaz, ibi vide. Iudei hodierni Germanos יַשְׁכְּנַזִים, nescio quibus coniecturis vocant.

אֶשְׁכָּר Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Bibliis, & iterū cū affixo אֶשְׁכָּרֵךְ, & quid propriè significet, forsitan ignoratur. Munus, donum, omnes interpretantur. *(Presente, dono.)* Synonima vide in רְוָחָה. Psal. 72. 10. *Reges Seba & Seba munus offerent.* Ezec. 27. 15. *Cornua eburnea, & pauones reddent* (pro) אֶשְׁכָּרֵךְ *munere tuo.* Radix mihi est propria, aliis vero שכר.

אֶשֶׁל Nomen formæ masculinæ, quod ter legitur in Bibliis, & quid significet propriè, ignoratur. Certum tamen est, arboris cuiusdam nomen esse, quam Tamaricem quidam interprætati sunt, & si aliis potius generale sit ad omnes arbores. *(Tamarice.)* Gen. 21. 33. *Et plantauit* אֶשֶׁל *tamaricem in Bersabea.* Fortasse est arbor lata ramis, vt platanus, & huiusmodi, vel est collectiuum, ideſt nemus ex illis arboribus. 1. Sam. 22. 6. *Et Saul sedebat in Gabaa sub* הָאֶשֶׁל *tamarice in Ramah.* Et 31. 13. *Et sepelierunt sub* הָאֶשֶׁל *tamarice in Iabes.*

Aliarum arborum nomina vide in עץ.

אָשֵׁם Verbum Cal neutrum ex Quiescentibus Pe Aleph, sic flectitur in Bibliis.

אָשֵׁם או אָשֵׁם אָשַׁמְתָּ	
אָשַׁמְתָּ	Prætęritum.
אָשַׁם אָשְׁמוּ	
אָשֵׁם אֲשֵׁמִים	Nomen Toar.
וְאָשֵׁם	
הָאָשֵׁם	
נֶאְשַׁם תֶּאְשַׁם יֶאְשְׁמוּ תֶּאְשַׁמְנָה	Futurum.
אָשֵׁם	Infinitiuus.

Cætera, quæ desunt, ex te formare poteris ad regulas grammaticales, præter participia, quorum vices suplet nomen Toar. Quid verò propriè significet, & si frequens verbum sit, nō facile est coniectare. Omnes peccare, delinquere, noxa obstringi interpretati sunt. Mihi, vt quid sentiam liberè dicam, primo loco est Desolari, Deuastari: *(Struggersi)* & si rarum sit in hac propria significatione, nam sępius per metaphoram est pœnitere, mœstum esse, quòd deliqueris. *(Pentirsi, essere gramo, & mal'contento, chiamarsi in colpa.)* Postea simpliciter vsurpatur pro Delinquere, reum euadere, agere ea, pro quibus pœnitendum sit, sed nihilominus grauius est אָשֵׁם, quam חָטָא, quæ omnia annotare poteris ex locis inferius positis, quos vt diligentius eos expendas, in medium proferimus. Habet regimen ב ל עַל.

אָבַל אֲשֵׁמִים בְּאַחֵינוּ עַל	*Esse delinquentes super fratre*

Gen. 42.

אֶשְׁנָב Nomen formæ maſculinæ, quod ſemel legitur in Bibliis in ſtatu abſoluto, & ſemel cum affixo אִשְׁנָבִי, nec aliud ex eo facilè formarem. Feneſtra. *(Fineſtra, balcone.)* Synonima vide in חַלּוֹן. Iud. 5.28. *Per* הָאֶשְׁנָב *feneſtram.* Pro. 7.6. *Per* אִשְׁנַבִּי *feneſtrã meam proſpexi.* Radix eſt propria, vel שנב.

אַשְׁנָה Nomen proprium duarum vrbium in plani tiæ conſtructarum in tribu Iudæ. Aſnah. *(Aſna.)* Ioſ. 15. ver. 33. & 43. וְאַשְׁנָה *Et Aſnah.* Radix fortaſſis eſt שנה.

אֶשְׁעָן Nomen proprium oppidi in tribu Iudę in montem conſtructi. Eshan. *(Eſana.)* Ioſ. 15. 52. וְאֶשְׁעָן *Et Eshan.* Radix eſt שען.

אַשְׁף Nomen Chaldeum maſculinum genere, & declinatione אַשְׁפָּיָא אַשְׁפִּין, ſed & forma Hebraica אַשָּׁפִים Daniel vſus eſt. Incertum autem eſt, quid propriè ſignificet, quamuis communiori ſententia Aſtrologum, vel Medicum omnes interprætentur. *(Aſtrologo, ouero Medico.)* Dan. 2.10. *Non interrogat vllum magum* וְאַשָּׁף, *vel aſtrologum.* Et 4. 4. *Tunc aſcenderunt magi* אַשָּׁפַיָּא *aſtrologi.* Et 5.11. *Maiorem (magiſtrũ) magorum,* אַשָּׁפִין *aſtrologorum, &c.* Et cap. 2.2. Hebraicè. *Vt vocarent magos,* וְלָאַשָּׁפִים, *& aſtrologis (aſtrologos.)* Fortaſſe ſic dicebãtur, quòd inſigniti eſſent אַשְׁפָּה, ideſt pharetra, nam ex hac radice omnibus eſt, Deriuatiuum אַשְׁפָּה.

אַשְׁפָּה Nomen femininum genere, ſine plurali, & cum affixo אַשְׁפָּתוֹ. Cętera nihilominus formare poteris, iuxta grammaticæ regulas. Pharetra. *(Carcaſſo.)* Etymon vocis ignoratur, & ſex vicib. tantùm legitur in Bibliis.

כן הֲבִיאִי בְכִלְיוֹתַי בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ׃ *Filij pharetræ. (Sunt ſagittæ.) Thre. 3.5.*

הסתיף בַּאֲשְׁפָּתוֹ הִסְתִּירָנִי׃ *Abſcondere in pharetra. Eſa. 49.2*

מלא אֲשֶׁר מָלֵא אַרְבָּה אַשְׁפָּתוֹ מֵהֶם׃ *Replere pharetram. Pſal. 127.5.*

כשפ וְעוֹדָם נָשָׂא אַשְׁפָּה׃ *Leuare pharetram. Eſa. 22.6.*

קכפ אַשְׁפָּתוֹ כְּקֶבֶר פָּתוּחַ׃ *Pharetram eſſe ſicut ſepulchrum apertum. (Ideſt, mortem ſecum afferre.) Ier. 5.17.*

רכח עָלָיו תִּרְנֶה אַשְׁפָּה׃ *Pharetram perſtrepere ſuper (contra) aliquem. Iob. 39.23.*

Radix eſt אשף vel שפה.

אַשְׁפְּנַז Nomen proprium cuiuſdam principis eunuchorum Nabucodonoſor. Aſpenaz. *(Aſpenaſio.)* Dan. 1.3. *Et dixit rex* לְאַשְׁפְּנַז *Aſpenaſio, &c.*

אֶשְׁפָּר Nomen maſculinum genere, quod bis tãtùm legitur in ſcriptura, & incertum, quid ſignificet. Communior omniũ ſententia eſt, vt ſit compoſitum ex tribus nominibus, duobus corruptis, & tertio integro, ideſt אֶחָד vnus, שֵׁשׁ ſex, & פַּר iuuencus, quaſi diceres, vnam ex ſex partibus iuuenci, ſicut & אֲשִׁישָׁה eſt vna ex ſex partibus הִין Hini, vt ſuo loco habes. *(Vn ſeſto d'un manzo.)* Deinde videtur, vſurpatum fuiſſe, pro carnis quadam portione determinata, & fortaſſe ſatis magna, & ob id pulchra, vt conueniat cum radice שפר, quemadmodum aliis placet. *(Vn pezzo di carne, bella parte.)* Alij tandem compoſitum ex אֵשׁ, & פַּר arbitrantur, & ſignificare fruſtum carnis iuuenci aſſatæ. Sed liberum eſto de hoc omnibus coniectare. Ego primam ſententiam libentius amplector. 2. Sam. 6.19. וְאֶשְׁפָּר *Et Eſpar vnum.* 1. Paralip. 16.3. וְאֶשְׁפָּר *Et Eſpar.* Expende locos.

אַשְׁפּוֹת Nomen fœmininum genere, & declinatione אַשְׁפּוֹת. Stercus, fimum. *(Letame, ſcouazze Venetys.)* Synonima huius ſunt דֹּמֶן fimum, רְאִי deſpectio, צֹאָה egreſſio, צְפִיעִים ſtercora, סָחִי abraſio, & פֶּרֶשׁ fimum, quæ diligentius ſuis locis vide. Ter legitur in ſcriptura. 1. Sam. 2. 8. Et Pſal. 113.7. מַאַשְׁפּוֹת *De ſtercore eriget egenum.* Thren. 4. 5. *Amplexati ſunt* אַשְׁפּוֹת *ſtercora.* Nehemias inſuper meminit cuiuſdam portæ Hieruſalem הָאַשְׁפּוֹת, forſitan ſic dictæ, q illic congregarentur ſtercora, vel per eam educerẽtur. Cap. 2.13. *Et ad portam* הָאַשְׁפּוֹת *ſtercoris.* Et cap. 3.13. legitur ſine Aleph, *vſque ad portam* הַשְּׁפוֹת *ſtercoris.* Vide יְרוּשָׁלַיִם. Radix mihi eſt propria, aliis אשף vel שפה, ſed quibus rationibus alij viderint.

אַשְׁקְלוֹן Nomen proprium vrbis Philiſtæorum fœmininũ genere. Aſcalon. *(Aſcalona.)* Hanc expugnauit olim tribus Iudæ, vt Iud. 1. 18. וְאֶת אַשְׁקְלוֹן *Et Aſcalonam, & limites eius.* Videtur nihilominus, q redierit in ditionem Philiſtæorum, vt apparet ex multis ſcripturæ locis, ſed præſertim ex Ier. 25. 20. *Et omnes reges Philiſteorum* וְאֶת אַשְׁקְלוֹן *& Aſcalonam.* Et 47. 5. *Contriuit* אַשְׁקְלוֹן *Aſcalon.* Et Amos. 1. 8. *Et apprehendentem ſceptrum* מֵאַשְׁקְלוֹן *ex Aſcalon.* Hinc fit אַשְׁקְלֹנִי. Radix fortaſſis eſt שקל.

אַשְׁקְלֹנִי Nomen gentile maſculinum genere ex ſuperiori deriuatum. Aſcalonita. *(D'Aſcalona.)* Hi erant ex ſtirpe Philiſtiim, vt Ioſ. 13.3. הָאַשְׁקְלֹנִי *Aſcalonita.* Horum triginta occiſi ſunt à Samſone Iud. 14.19. Radix fortaſſis eſt שקל.

אשר Quę ſit huius radicis prima, & genuina ſignificatio, non facile eſt coniectare, quãuis frequens ſit in Bibliis. Ego meam ſententiam in medium proferam, aliis relinquens liberum, quid de ea ſentiãt, iudicare. Igitur ex ea primùm eſt Cal verbum neutrũ ex Quieſcentibus Pe Aleph, quod ter his vocibus reperitur.

אָשַׁר	Part. paſſ.
אַשְׁרוּ	Imperat.
בְּאַשְׁרִי	Infinit.

Nec aliud ex eo vnquàm, ſi me audies, formabis, ſed Pihel vti poteris, de quo mox agemus. Beatus, fœlix fuit, euaſit. *(Eſſere beato, riuſcire felice.)* Pro. 9.6. וְאַשְׁרוּ *Et beati eſtote in via intelligentiæ.* Aliis eſt incedite, ex אָשׁוּר. Gen. 30.13. בְּאַשְׁרִי. *In beatã eſſe me, (deſt ut beata ſim) quia beatam me dicent filiæ.* Sed hoc fortaſſe verius eſt nomen, in beatitudine mea. Ambigitur autẽ de hac voce, כְּנֹמֶר עַל דֶּרֶךְ אָשׁוּר Hoſ. 13.7. an ſit nomen, vt infra, vel prima perſona futuri שרר ideſt, *vt pardus in via videbo; (aſpiciam)* an tandem Pahul huius, ſignificationis vero אָשׁוּר nominis, ideſt *per viam, qua incedunt,* vulgò *(via viſitata:)* vel *vt pardus gradiens, diſcurrens,* vt ſupleat vices nominis Toar, cuiuſmodi difficultates affert ſæpius ſtudioſis Hebraica lingua. Expende locum. Deriuatiua huius ſunt. אשר אשר אֲשֶׁר אַשְׁרוּ בַּאֲשׁוּר אַשְׁרֵי אַשְׁרַאל אַשְׁרֵאלָה אַשְׁרָה הָאַשׁוּר

אשר Verbum Pihel actiuum ex Quieſcentibus Pe Aleph, ſuſcipiens affixa, ſic flectitur in Bibliis.

אִשְּׁרוּנִי	Præt.
מְאַשְּׁרִים מְאַשְּׁרֵיךְ	Part. præſ.
מְאֻשָּׁר מְאֻשָּׁרָה	Parti. paſſ.
אַשֵּׁר אַשְּׁרוּ	Imperat.
תְּאַשְּׁרֵנִי יְאַשְּׁרֻנִי	Futurum.

Cætera, quæ deſunt, & ſi formare non abſurdum omnino eſſet, tamen cautè formanda ducerem. Eſt autem verbum

q Dominus eſſet cum eo. כַּאֲשֶׁר Significat, ſicut, quemadmodum, quãdo, cum. *(Come, come che, quando che.)* Gen. 8.21. בַּאֲשֶׁר *Quemadmodum feci.* Et 12.11. *Et factum eſt* כַּאֲשֶׁר *cum appropinquaret, vt ingrederetur in Aegyptum.* מֵאֲשֶׁר Ex quo, a quo, vnde; *(dal quale, dal qual luoco.)* Gen. 31.1. וּמֵאֲשֶׁר לְאָבִינוּ *Et ex (his) quæ erant patris noſtri.* Exo. 5.11. מֵאֲשֶׁר *Ex quo (loco, vndecunq;) inueneritis.* Eſa. 43.4. מֵאֲשֶׁר *Ex quo precioſus fuiſti in oculis meis.* Aliquando אֲשֶׁר eſt coniunctio Quòd, ſicut ſupradiximus, vt Eſt. 3.4. *Quia indicauit eis,* אֲשֶׁר *q Iudeus eſſet.* Huius ſynonima ſunt ש conſonans, & כִּי, vt ſuis locis habes. Ponitur autem אֲשֶׁר variis modis, & ijſdem elegãtibus, ſicut ex te ipſo facilè obſeruare poteris in ſcriptura ſacra, & ob id à quibuſdam diuerſimodè exponitur, vt puta pro ſi, ita, vt, eò q, &, ſicut, & ita vt; & ſi aliquibus hoc nõ placeat, cum quibus etiam nos ſtamus, quæ omnia ſtudioſo lectori expendenda relinquimus, cum in illis inciderit, & nos in commentariis noſtris ſingula Deo fauente diſcutiemus.

אֲשֶׁר Nomen proprium filij Iacob, quem ex Zilpha Leæ ancilla ſuſcepit. Aſcer. *(Aſere.)* Gen. 30.13. *Et ait Lea, in beatitudine mea, quia beatificarũt me filiæ, & vocauit nomen eius* אֲשֶׁר *Aſcer.* Quaſi beantem diceres. Ab hoc poſtea tribus Aſcer nomen ſortita eſt, vt 1. Reg. 4.16. *Bahana filius Huſai* בְּאָשֵׁר *in Aſcer.* Hinc formantur אֲשֻׁרִי, & אֲשֵׁרִי.

אָשׁוּר / **אֲשׁוּר** Nam vtraq; modo legitur, nomen Heteroclytum fœmininum genere, cũ plurali maſculino declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Bibliis. אָשׁוּר או אשור אֲשֻׁרִי אֲשֻׁרֵנוּ. אֲשֵׁרִי אֲשֵׁרוּ אֲשֵׁרָיו Cætera etiam formare poteris ad grãmaticales regulas, cum opus erunt. Ambigitur autem, quid propriè ſignificet, nam aliquibus eſt Via, ſemita, aliis pes, aliis tandem, cum quibus & ego ſum, eſt itio ipſa, ambulatio, greſſus, inceſſus, ſic dictus per tralationem forſitan, q aptare greſſus tuos in viam optimam, fœlix ſit, iuxta Pſal. 40.3. ſententiam, כּוֹנֵן אֲשֻׁרַי *aptauit greſſus meos. (Paſſo.)* אָשׁוּר Semel legitur Hoſ. 13.7. de quo iam diximus in Cal, ibi vide. Similiter אֲשׁוּר ſemel inuenitur in ſignificatione genuina, vt arbitror, ideſt, Beatus, fœlix, & eſt maſculinum genere. *(Beato, felice.)* Eze. 31.3. *Ecce* אֲשׁוּר *Beatus cedrus in libano.* Expende locum. Aliàs ſemper eſt cum affixo, & legitur in ſequentibus locis tantùm.

בַּאֲשֻׁרוֹ אָחֻזָּה רַגְלוֹ׃	*Pedem apprehendere in greſſu alicuius. (Metter il piede nel paſſo altrui.) Iob. 23.11.*
וְעֵרוּם יָבִין לַאֲשֻׁרוֹ׃	*Intelligere greſſum. (Eſt eum dirigere.) Pro. 14.15.*
לֹא תִמְעֹד אֲשֻׁרָיו׃	*Greſſus non vacillare. Pſal. 37.31*
	Nota diſcordantiam vocum, pro quemlibet greſſum.
אִם תִּפְּחָה אֲשֻׁרַי מִנִּי הַדָּרֶךְ	*Greſſum declinare auia. Iob. 31.7.*
וַתִּט אֲשֻׁרַי מִנִּי אָרְחֵךְ׃	*Greſſum declinare à via. Pſ. 44.19.*
אֲשֻׁרַי עֲתָרָה סְבָבוּנִי׃	*Circũdare greſſus alicuius. (Illum ſcilicet.) Pſal. 17.11.*
כֵּאין שָׁפְכָה אֲשֻׁרָי׃	*Greſſus verſari. (Hebr. ideſt vacillare.) Pſal. 73.2. (17.6.*
תָּמֹךְ אֲשֻׁרַי בְּמַעְגְּלוֹתֶיךָ׃	*Suſtentare greſſus in ſemitis. Pſal.*

Ex ſupradictis ſententiis fortaſſe diſtinguere poſſes inter duas nominis formas, vt quæ ſine Dages eſt, greſſum ſignificet, Dageſſata verò pedem altera tralatione videlicet. Expende locos accuratius. Aliàs אֲשׁוּר eſt nomen propriũ filij Sem. Aſur. *(Aſuro.)* Gen. 10.22. וְאַשּׁוּר *Et Aſſurum.* Hic egreſſus ex prouincia Sinear ædificauit

Niniuem

אֶשְׁתְּמֹה Nomen proprium ciuitatis montanæ in tribu Iudæ. Eſtemoh. *(Eſtemo.)* Ioſ. 15.49. וְאֶשְׁתְּמֹה *Et Eſtemoh*. Hęc fortaſſis eſt eadem cũ ſequenti. Radix vt arbitror, eſt שמה.

אֶשְׁתְּמֹעַ Nomen proprium vrbis, fœmininum genere, leuitis ex tribu Iudæ adſcriptæ. *Eſtemoa.(Eſtemoa.)* Ioſ.21.14. וְאֶת אֶשְׁתְּמֹעַ *Et Eſtemoam cum ſuburbys*. Hęc fortaſſis eſt אֶשְׁתְּמֹה, quam condidit Iſbah, vt.1.Par.4.17. *Et Iſbahum patrem* אֶשְׁתְּמֹעַ *Eſtemoæ*. Niſi malles dicere, potius eſſe nomen viri, ſicut & alterius eſt ver. 19. וְאֶשְׁתְּמֹעַ *Et Eſtemoa Mahacatites*. Expende locos. Radix fortaſſis eſt שמע.

אֶשְׁתּוֹן Nomen proprium viri ex tribu Iudæ. Eſton. *(Eſtone.)*1.Par.4.11. *Is fuit pater* אֶשְׁתּוֹן *Eſtonis*. Expende locum, nam fortaſſis eſt etiam nomen vrbis.

א ת

אֵת Lege radices אות אנת אתה אתת יאת, & obſerua dictiones, quæ remanent in ſcriptura cum his duabus tantùm radicalibus, vt eas facilius poſtea cognoſcas.

אֵת Quære ſuperius אות in א ante ו ſuo loco proprio.

אֵת } Nam vtroq; modo legitur, ſed frequentius cũ Segol. Primum articulus eſt proprius accuſatiui caſus, patientem (quam vocant) perſonam demonſtrans, & ſuſcipit affixa ſecũdæ perſonæ tantùm אֶתְכֶם, & tertiæ אֶתָּן, cætera verò formantur ab אות, vt ſuo loco habes. Gen.11.1. *In principio creauit Deus* אֵת הַשָּׁמַיִם *cælos* וְאֵת הָאָרֶץ, *& terram*. At cum patiens manifeſtum eſt, ſæpius caret articulo, vt ibidem ver.11. *Progerminet terra* דֶּשֶׁא *herbam*. Frequens eſt, & aliquando Nominatiuo caſui additur, ingreditur q; inſuper multorum verborum conſtructionem, & ob id neceſſe eſt, vt variè exponatur latinis vocibus, ꝙ ex te ipſo facilè cognoſces, cum in huiuſmodi incideris. Radix aliquibus eſt propria, at mihi vel eadem cum אות, vel את, & ibi vide poſita.

Secũdò eſt præpoſitio Cum, & ſuſcipit affixa, quæ ſunt hæc in Bibliis. אִתִּי אִתְּךָ אִתָּךְ אִתְּכֶם אִתּוֹ אִתָּהּ אִתָּם (*Con.*) Hoc etiam frequens eſt, vt ſuperfluum ſit plura exempla addere. Gen. 37.2. *Erat paſtor* אֶת *cum fratribus ſuis*. Et 42.16. *An veritas (ſit)* אִתָּכֶם *vobiſcum*. Can. 4.8. אִתִּי *Mecum è libano ò ſponſa*, אִתִּי *mecum inq̃, de Libano venito*. Radix mihi eſt אתת.

אֵת Nomen formæ maſculinæ, quod ſæmel legitur in ſingulari cum affixo אִתּוֹ, & ter in plurali maſculino אִתִּים, vel אֵתִים, & ſemel cum affixo אִתֵּיכֶם. Cętera nihilominus formare poteris iuxta regulas grãmaticales, cum opus erunt. Quid ver) propriè ſignificet, fortaſſis incertum eſt. Ligonem ferè omnes dixere. *(Zappa, Zappone.)* Radix aliquibus eſt propria, cum quibus, & nos ſumus; aliis אתה, vel אתת, & nonnulli ponunt diſcrimen inter אִתּוֹ ſine Dages, & אִתִּים cum Dages, contendentes hęc dici de maioribus. ligonibus, quod an verum ſit, alij viderint. 1.Sam.13.20. *Vt quilibet acueret vomerem ſuum*, וְאֶת אִתּוֹ *& ligonem ſuum*. Et ver.21. *Erat q̃ lima vomeribus* וְלָאִתִּים, *& ligonibus*. Hoc eſt vtebantur ea ad acuendũ. Eſa.2.4. & Mich. 4.3. *Cõtundent q̃ gladios ſuos* לְאִתִּים *lignibus. (In ligones.)* Ioel.5.2. *Cõtudite* אִתֵּיכֶם *ligones veſtros gladys (In gladios.)*

אַתְּ Pronomen fœmininum ſecundæ perſonæ, & aliquando cum Iod paragogico אָתִּי, quod tamen

grammaticales. אִשָּׁה verò habetur in אֵשׁ. Mulier, fœmina. *(Donna, femina.)* Sæpius vſurpatur pro vxore, coniuge. *(Moglie.)* Per tralationem dicitur de omnibus rebus fęmininis, ſicut & אִישׁ de maſculinis, vt Gen.7.2. אִישׁ וְאִשְׁתּוֹ *Vir (de brutis loquitur,) & vxor eius*. Vxor dicitur appetitus oculorũ, Ezec.24.15. *Ecce ego tollo à te appetitum (deſiderium) oculorum tuorum peſte*. Et ſtatim ver.18. *Et mortua eſt* אִשְׁתִּי *vxor mea veſpere*. Loci aliquot obſeruandi.

וַתִּשָּׂא אֵשֶׁת אֲדֹנָיו אֶת עֵינֶיהָ וגו׳	*Vxor domini.Gen.39.7.*
בֹּא אֶל אֵשֶׁת אָחִיךָ׃	*Vxor fratris.Gen.38.8.*
וְעַתָּה הָשֵׁב אֵשֶׁת הָאִישׁ׃	*Vxor viri.Gen.20.2.*
וְאֵשֶׁת אַלְמָנָה׃	*Vxor vidua.Pſal.109.9.*
וּבְאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ אַל יִבְגֹּד׃	*Præuaricari in vxorem iuuentutis tuæ.Mal.2.15.*
וְאֵשֶׁת בְּרִיתֶךָ׃	*Vxor fœderis. Mal.2.14.*
אֵשֶׁת חֵיקֶךָ בְּנָפֶן פֹּרִיָה׃	*Vxorem eſſe vt vitem frugiferam.Pſal.128.3.*
וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ׃	*Adherere in vxorem. (Vxori.) Gen.2.24.*
אֵשֶׁת חֵנֶךָ בָּעִיר תִּזְנֶה׃	*Vxorem ſcortari. Amos.7.17.*
קְרֹא לָךְ אֵשֶׁת זְנוּנִים׃	*Mulier fornicationum. Hoſ.1.2.*
כִּי אֵשֶׁת חַיִל אָתָּה׃	*Mulier roboris. (Di valore.) Ruth. 3.12.*
אוֹ אֵשֶׁת חִיקֶךָ׃	*Vxor ſini. Deut.13.7.*
לֹא תַחְמֹד אֵשֶׁת רֵעֶךָ׃	*Deſiderare vxorem proximi. Exo. 20.17.*
אֵשֶׁת חֵן וְחֹמֶךְ כָּבוד׃	*Mulier gratiæ. (Gratioſa.) Pro.11.16*
חֹטְנֵן רֵאשִׁית אֵשֶׁתּוֹ׃	*Vxorem molere alys. Iob.31.10.*
וְהָאָדָם יָדַע אֶת חַוָּה אִשְׁתּוֹ	*Cognoſcere vxorem. Gen.4.1.*
יִבְיִן אֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ וגו׳	*Vxor iuuentutis. Mal.2.14.*
נָפַל אֵשֶׁת בַּל חָזוּ שֶׁמֶשׁ׃	*Caſus mulieris. (Abortiuum ſilicet.) Pſal.58.9.*
עֶרְוַת אֵשֶׁת אָבִיךָ לֹא תְגַלֵּה׃	*Detegere nuditatem vxoris patris. Leuit.18.8.*
סָמַכְתָּ אֶת רַכָּבָה אִשְׁתּוֹ׃	*Ludere cum vxore. Gen.26.8.*
כִּי שָׁמַעְתָּ לְקוֹל אִשְׁתֶּךָ׃	*Auſcultare voci (vocem) vxoris. Gen.3.18.*
אֶל אִשְׁתּוֹ לֹא תִקְרָב׃	*Accedere ad vxorem. Leuit.18.14*
רוּחִי זָרָה לְאִשְׁתִּי׃	*Halitum eſſe extraneum vxori. Iob.19.17.*
לְשַׁמֶּרְךָ מֵאֵשֶׁת רָע׃	*Mulier mali. Pro.6.24.*
כְּסָעֲדוֹ שָׁכַב אֶחָד הָעָם אֶת אִשְׁתֶּךָ׃	*Cubare cum vxore. Gen.26.10.*

Radix eſt איש.

אֶשְׁתָּאוֹל Nomen proprium vrbis in tribu Iudę in planitiæ conſtructæ. Eſtaol. *(Eſtaola.)* Ioſ.15.33. *In planitie* אֶשְׁתָּאוֹל *Eſtaol*. Hãc nihilominus incoluiſſe tribum Dan arbitror, nam & illius limes erat, vt eodem libro cap.19.41. וְאֶשְׁתָּאוֹל *Et Eſtaol*. Inter hanc inſuper, & אֶשְׁתָּאֹל Zorhah ſepultus fuit Samſon, qui erat ex tribu Dan, vt habes Iud.16.31. Hinc deriuatur אֶשְׁתָּאֳלִי.

אֶשְׁתָּאלִי Nomen gentile maſculinum genere à ſuperiori deriuatũ. Eſtaolites. *(D'Eſtaola città della tribu de Iuda.)* 1.Par.2.53. *Ex his egreſſi ſunt Zorhatithes*, וְהָאֶשְׁתָּאלִי *& Eſtaolites*.

אֶשְׁתָּרוֹר Nomen Chaldaicum formæ maſculinæ. Rebellio, præuaricatio. *(Rebellione.)* Hebraicè מֶרֶד dicitur. Aliquibus radix eſt סור, quod ſi verum eſt, fortaſſe ſic dicitur ob ſolicitudinem diligentiamuè perficiendi rebellionem. Eſdras.4.15. וְאֶשְׁתָּרוּר *Et defectionem faciunt in ea*. Et ver.19. *Rebellio,* וְאֶשְׁתָּרוּר *& defectio fit in ea*.

וַיְעַנְּדוּ אֶת הַבַּעַל וְאֶת הָאֲשֵׁרוֹת׃	*Colere lucos. Iud.3.7.*
וְגַם הָאֲשֵׁרָה עָמְדָה בְּשֹׁמְרוֹן׃	*Lucum ſtare in aliquo loco. 2 Reg. 13.6.*
בַּעֲצֵי הָאֲשֵׁרָה אֲשֶׁר הַבְּכֹרָת	*Ligna luci. Iud.6.26.*
וַיַּעַשׂ אַחְאָב אֶת הָאֲשֵׁרָה׃	*Facere lucum. 1.Reg.16.35.*
וַיָּשֶׂם אֶת פֶּסֶל הָאֲשֵׁרָה וגו׳	*Simulachrum luci. 2.Reg.21.7.*
לֹא יָקוּמוּ אֲשֵׁרִים וְהַחַמָּנִים׃	*Lucos non ſurgere. (Excindi.) Eſa.27.9.*
וְהָאֲשֵׁרִים וְהַפְּסִילִים וגו׳	*Frangere lucos, &c.2.Par.34.4.*
וַאֲשֵׁרֵיהֶם תִּשְׂרְפוּן בָּאֵשׁ׃	*Comburere lucos (in) igne. Deut. 12.2.*

Radix eſt אשר.

אֲשֻׁרִי Nomen plurale uim aduerbij penè habẽs. Non inuenitur in ſingulari, neq; etiã אשרים perfectum in plurali, ſed ſemper in regimine, uel cum affixis, quæ ſunt in Bibliis, אַשְׁרֵי אַשְׁרֶיךָ אַשְׁרֵיכֶם אַשְׁרֵי אַשְׁרֶיהָ אַשְׁרֵינוּ, atq; hinc colligitur, inuitis etiam Iudeis omnibus, ꝙ nequaquàm nomen ſubſtãtiuum ſit, nam ex אַשְׁרֵי beatitates, ut uolunt, dicendum eſſet אַשְׁרֵי beatitates meæ, quæ abſurda eſſet locutio, ſed dicitur beatitates meæ, quæ abſurda eſſet locutio, ſed dicitur אַשְׁרֵי o me beatum; neq; tamen ſtatim illud putes nomen adiectiuum, ſicut transfertur à nobis, nam tũc dicendum potius eſſet אַשְׁרֵיכֶם אַשְׁרֵיהֶם beati uos, ꝙ אַשְׁרֵיכֶם o uos beatos, nec unq̃ ueniret in regimine, quod notes. Nomen ergò aduerbiale eſt, beatum, fęlicem, fortunatumq; ſignificans. *(Beato, felice, & ben'auenturato.)* Pſal.1.1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ *O beatum virum*. 1.Reg.10.8. אַשְׁרֵי אַנְשַׁיִךְ אַשְׁרֵי עֲבָדֶיךָ אֵלֶּה *O felices familiares, & hos ſeruos tuos*. Rectè enim exclamando ſemper proferes. Deut. 33.29. אַשְׁרֶיךָ יִשְׂרָאֵל *O te felicem Iſrael, quis eſt ſicut tu?* Pſal.65.5. אַשְׁרֵי תִּבְחַר וְתַקְרִיב *O felicem (quem) eligies, & attrahes*. Pro.29.18. וְשֹׁמֵר תּוֹרַת אַשְׁרֵהוּ *Et ò felicem cuſtodientem legem*. Satis frequens eſt, in ſcriptura ſacra, nam 44. uicibus legitur. Radix אשר.

אַשְׁרִי Nomen gentile maſculinum genere. Aſerites. *(Della tribu d'Aſer.)* Iud.1.32. *Et habitauit* הָאַשְׁרִי *Aſerites in medio Chanaei*. Vide & ſequens nomen. Radix eſt אשר.

אַשּׁוּרִי Nomen gẽtile maſculinum genere, idem cũ ſuperiori. Aſurites. *(Della tribu d'Aſer.)* 2. Sam. 2. 9. *Et ſuper* הָאַשּׁוּרִי *Aſuritem*. Vel eſt nomen gentile aliorum. Expende locum. Radix אשר.

אֲשׁוּרָנָא Nomẽ Chaldeum plurale maſculinum genere. Muri. *(Muri.)* Hebraicè etiã שור dicitur murus. Eſd.5.4. וְאַשְׁרַנָּא *Et muros hos perficere*.

אֲשִׁישָׁה Nomen fœmininum genere, cum duplici plurali אֲשִׁישׁוֹת אֲשִׁישִׁי, quod quinq; uicibus tantùm legitur, incertum quid proprie ſignificet. Ego quantum coniectura aſſequi poſſum, arbitror, eſſe nomen fictitium compoſitum ex אֶחָד & שִׁשָּׁה & Lagenã ſignificare, quaſi uas uinariũ unam ex ſex partibus menſuræ דאן continens diceres. *(Fiaſcone.)* 2. Sam.6.19. וְאֲשִׁישָׁה *Et lagenam vnam*. 1.Par.16.3. *Et Eſpar,* וְאֲשִׁישָׁה *& lagenam*. Can.2.5. *Subſtẽtate me* בָּאֲשִׁישׁוֹת *(in) lagenis*. Eſa.16.7. לַאֲשִׁישֵׁי *Lagenis Chirhareſeth meditabimini, ſed contriti*. Hoſ.3.1. *Et diligentes* אֲשִׁישֵׁי *lagenas vuarum. (Vini.)* Ex his locis colligitur, quod hoc nomen ſemper dicitur de uaſe quodam uinario, ut diximus. Hinc deriuatur ſecundum aliquos הָאֲשָׁשׁ, de quo ſuo loco dicemus.

אִשָּׁה Nomen fœmininum genere, (idem quod אֵשָׁה, ibi uide.) ſine plurali, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Bibliis. אִשָּׁתִי אִשְׁתְּךָ אִשְׁתֵּךְ אִשְׁתּוֹ אִשְׁתָּהּ Cætera, quæ deſunt, ex te formare poteris iuxta regulas

Niniuem, & quaſdam alias ciuitates, vt ibidem legitur ver.11. & Aſſyriæ autor fuit, quæ etiam hoc nomine dicta eſt, ſed genere fœmineo, vt Num.24.23. *Quouſq; Aſſyria deprædabitur te?* Et cum He aduerbiali in fine אַשּׁוּרָה. Gen. 25.18. *Quà itur* אַשּׁוּרָה *in Aſſyriam*. אַשּׁוּר inſuper eſt nomen filij Dedan, & nepotis Abraham. Aſurim. *(Aſurimo.)* Gen.25.3. *Filij Dedan fuerũt* אַשּׁוּרִים *Aſurim, &c.* Vel & fortaſſe verius, hic dicebatur אַשּׁוּרִים *Aſurim, &c.* Vel & fortaſſe verius, hic dicebatur אַשּׁוּר, & ab eo, non à ſuperiori אַשּׁוּרִים denominati ſunt. Expende locos. Sic Ezec.27.6. *Aſſirem tuum fecerunt eburneum* בַּת אַשּׁוּרִים *filia (congregatio, populus) Aſſyriorum*. At mihi potius hoc loco error ſcribarum eſt pro בַּת אַשּׁוּרִים in buxis. Locum notes velim, & etiam conſulas.

אַשּׁוּרִי Nomen propriũ filij Manaſſes. Aſriel. *(Aſriele.)* Num. 26. 31. וְאַשְׁרִיאֵל *Et Aſriel*. Hinc deriuatur, אַשְׁרִיאֵלִי. Compoſitum eſt ex אשר, vel אסר, & איל.

אַשְׁרִיאֵל Nomen proprium viri ex tribu Iudæ. Aſarel. *(Aſarele.)* 1.Par.4.16. וְאַשַׁרְאֵל *Et Aſarel*. Compoſitum eſt ex אשר & איל.

אַשְׁרִיאֵלִי Nomen gentile maſculinum genere ex אַשְׁרִיאֵל deriuatum. Aſrielites. *(Della famiglia d'Aſriele.)* Num.26.31. *Familia* הָאַשְׁרִיאֵלִי *Aſrielitidis*. Compoſitum eſt ex אשר, vel אסר, & איל.

אַשַׁרְאֵלָה Nomen proprium leuitæ cãtoris ex genere Aſaphi. Aſarẽlah. *(Aſarelo.)* 1. Par.25.2. וְאַשַׁרְאֵלָה *Et Aſarela*. Hic dicebatur etiam יְשַׂרְאֵלָה, vt ſuo loco habes. Compoſitum ex אשר, & איל fortaſſe.

אֲשֵׁרָה Nomen fœmininum genere, cum duplici plurali, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Bibliis, אֲשֵׁרָה אֲשֵׁרוֹת אֲשֵׁרִים אֲשֵׁרֶיךָ אֲשֵׁרֶיהָ. Cætera etiam cũ opus erunt, formare poteris ad canones grammaticales. Arbor florida, quaſi fœlix ob frondes viridiſſimas. Dicitur quidem de arboribus pulcherrimis, quas vel ob delectationem, uel ob idolatriam plantabant antiqui, quibus mos erat maximè, uenerari Deos ſub arboribus illis dicatis, ut fidem faciunt Poetarum fabulæ. Arbor idolorum cultui ſacra, & ob id incedua. *(Arbore dedicato all'Idoli.)* Lucum nos interpretabimur. Loci notandi.

בַּיִת לַאֲשֵׁרָה׃	*Domus luco. (Luci.) 2.Reg.23.8.*
וּבָנוּ גוּ וַאֲשֵׁרִים עַל כָּל גִּבְעָה גְּבֹהָה׃	*Aedificare lucos ſuper omni colle. 1.Reg.14.23.*
כִּי בִעַרְתָּה הָאֲשֵׁרוֹת מִן הָאָרֶץ׃	*Extirpare lucos.2.Par.19.3.*
וַאֲשֵׁרִיהֶם הִנָּדָעוּ׃	*Succidere lucos.Deut.7.5.*
וַיֹּצֵא אֶת הָאֲשֵׁרָה כו׳	*Educere lucum, &c.2. Reg.23.7. Nota.*
וְהָעֲמִיד הָאֲפֻדִּים׃	*Stare facere (collocare) lucos. 2. Par.33.19.*
וַיָּצִיבוּ לָהֶם בַּעֲבוּרוֹ וַאֲשֵׁרִים׃	*Collocare ſibi lucos.2.Reg.17.10.*
וְאֶת אֲשֵׁרָיו הִכְרִיתוּן׃	*Succidere lucos.Exo.34.13.*
וְאֶת הָאֲשֵׁרָה אֲצֵבֶד עָלָיו חִנָּם׃	*Succidere lucum, qui eſt ſecus altare.Iud.6.25.*
וְהָאֲשֵׁרָה אֲשֶׁר עָלָיו כָּרֵתָה	*Lucus ſucciſus.Iud.6.28.*
אֲשֶׁר עָשְׂתָה כְּפִלֶּצֶת לַאֲשֵׁרָה׃	*Facere idolum luco. (Lucum pro idolis.) 1.Reg.15.13.*
וּנְבִיאֵי הָאֲשֵׁרָה וגו׳	*Prophetæ luci.2.Reg.18.19.*
לֹא תִטַּע לְךָ אֲשֵׁרָה׃	*Plantare ſibi lucum. Deut.16.21.*
וַיְנַתֵּץ אֶת הַמִּזְבֵּחוֹת וְאֶת הָאֲשֵׁרִים׃	*Diruere lucos.2.Par.34.7.*
וְתַחְתֹּתִי אֲשֵׁרֶיךָ׃	*Euellere lucos. Mich.5.14.*

men non pronuntiatur, cum plurali אַתֵּן, & cùm He paragogico אַתֶּנָה productè. Tu, vos. (*Tu, voi.*) Gen. 12.13. *Dic quæso, quòd soror mea* אַתְּ *tu*. Scilicet es, nam ſuplet uices uerbi ſubſtantiui, ſicut & alia pronomina. Ezec. 36.13. *Deuoratrix hominum* אַתְּי *tu*. Et 34.30. וְאַתֶּן *Et uos pecudes meæ*. Gen. 31.6. וְאַתֶּנָה *Et uos noſtis*. Aliquando tamen, & ſi perquàm rarò, tribus uicibus tantùm uidelicet, אַתְּ legitur de maribus, vt Num. 11.15. *Quòd ſi ita* אַתְּ *tu facis mihi*. Sed hoc fortaſſis non caret myſterio theologico, quod aliàs dicendum eſt. Duo alij loci ſunt. Deut. 5.27. אַתָּה *Et tu loquèris ad nos, &c.* Ezec. 28.14. אַתְּ *Tu Cherub, &c.* אַתִּי ſex vicibus inuenitur. 1. Reg. 4. ver. 16. & ver. 23. & 14.2. & 2. Reg. 8.1. Ier. 4.30. Ezec. 36.13. ibi uide. אַתְּ uide in אַתָּה. Radix aliquibus eſt propria, mihi uerò אנה.

אתת Duplicata uide inferius, ſuo loco proprio.

אַתָּא Quære inferius in אַתָּה, & nota.

אִיתִיאֵל / **אִיתִיהֵל** Vide ſuperius in א ante ו ſuo loco proprio.

אִתְבַּעַל Nomen proprium regis Sidoniorum, patris. Ethbahal. (*Etbaalo.*) 1. Reg. 16.33. *Et accepit uxorem Iſabellam filiam* אִתְבַּעַל *Ethbahal regis Sidoniorum*. Compoſitum eſt ex אֶת, & בעל.

אַתָּה Pronomen ſecundæ perſonæ maſculini generis, cuius plurale anomalum eſt אַתֶּם. Tu, (ab Hebreo ſcilicet) uos. (*Tu, voi.*) Suplet uices uerbi ſubſtantiui, ſicut & alia pronomina. Pſal. 119.4. אַתָּה *Tu mandaſti*. Gen. 3.12. *Quis indicauit tibi, quòd nudus* אַתָּה *tu?* eſſes uidelicet. 1. Sam. 26.15. *An non uir* אַתָּה *es tu?* Pſal. 82.6. *Ego cogitabam, quòd Dij* אַתֶּם *uos*, ſuple eſſetis. In quinq; locis deficit He ſcriptorum uitio אַתְּ, reponendum tamen, vt annotatũ eſt in Maſſara niſi malles dedita opera potius ſuppreſſum eſſe ob aliquod myſterium uidelicet. Loci ſunt hi. 1. Sam. 24.19. Eccleſ. 7.24. Pſal. 6.4, Iob. 1.10. & Neh. 9.6. ibi uide. Radix aliquibus eſt את, mihi uerò אנה.

אתה Verbum Cal neutrum, ex Quieſcentibus Pe Aleph, & Lamed He, uel Aleph, ſuſcipiens affixa more anomalo, ſic flectitur in Bibliis.

Præt. אָתָה או אָתָא / אָתְנוּ

Part.præſ. אוֹתִיוֹת או אוֹתוֹת

Futurum. יֶאֱתֶה / וַיֶּאֱתָא או וַיֵּאֶת וַיֶּאֱתֵנִי / יֶאֱתָא / יֶאֱתָיוּן או יֵאתָיוּן

Imperat. אֱתֵי או חֲתֵי

Nec aliud ex eo formabis, ſi me autore uti uolueris, ſed ſynonimis potius utendum erit, quæ uide in בוא. Venit, iuit, profectus eſt. (*Venire, andare.*) Non admodum frequens eſt, nam eſt potius Chaldaicum uerbum, ut mox dicemus, & ob id anomalum, quaſdam uoces ut Quieſcentia Lamed He, & quaſdam ut Quieſcẽtia Lamed Aleph emittẽs. Semel ẽt deficit Aleph à ſcriptura, & nonnunq; uertitur in He fortaſſis ad augẽdam ſignificationẽ, & He in aliquib. uertitur in Iod. אוֹתוֹת eſt etiã ex אות, ibi uide. Legitur in ſequentib. locis tantũmodo.

וְאֵידָכֶם כְּסוּפָה אֲתָתָה ו — *Calamitatem venire vt procellam.* Pro. 1.27.

אֲתֵי לְאָכְלוֹ ו — *Venire ad comedendum.* Eſa. 56.9

חֲתֵי לְאָכְלָהּ ו — *Venire (concurrere) ad edendum.* Ier. 12.9.

אֲתָא בֹּקֶר וגו׳ — *Mane, & noctem venire, &c.* Eſa. 21.12.

וְאוֹתִיוֹת וַאֲשֶׁר תָּבֹאנָה יַגִּידוּ לָמוֹ ו — *Nuntiare uenientia.* Eſa. 44.7.

הַגִּידוּ הָאֹתִיוֹת לְאָחוֹר ו — *Indicare uenientia retro.* Eſa. 41.23

הָעֱירוֹתִי מִצָּפוֹן וַיֵּאת ו — *Excitare ab aquilone, & (illud) uenit.* Eſa. 41.25.

מַפֵּר אוֹתוֹת בַּדִּים ו — *Labefactare uenientia. (Vel ſigna.)* Eſa. 44.25.

מִצָּפוֹן זָהָב יֵאֶתֶה ו — *Ab aquilone aurum (puritatem cœli) uenire.* Iob. 37.21.

יֵאתִיוּ חַשְׁמַנִּים ו — *Satrapas uenire.* Pſal. 68.32.

חִנָּנוּ אֶתְנוּ לָךְ וגו׳ — *Venire Domino.* Ier. 3.22.

אֲתִיוּ אַקַּחַת יַיִן ו — *Venire, &c.* Eſa. 56.12.

לְקַרְאוֹת צְמָא הֵתָיוּ מָיִם ו — *Aquas uenire obuiam ſitienti.* Eſa. 21.14.

עֲדֵיךְ יֵאָתֶה וּבָאָה הַמֶּמְשָׁלָה וגו׳ — *Dominium uenire uſq; ad aliquẽ.* Mich. 4.8.

כִּי פַּחֲדוֹתִי וַיֵּאתֵנִי ו — *Timere, & timorem uenire (ad aliquem.* Iob. 3.25.

כְּפֶרֶץ רָתָב יֵאָתֶה ו — *Venire tanquàm fracturam ampliſſimam.* Iob. 30.14.

קִרְבוּ וְאֵתָיוּן ו — *Approximare, & uenire.* Eſa. 41.5

וַיֵּתֵא רָאשֵׁי עָם ו — *Venire (cum) principibus populi.* Deut. 33.21.

וְאָתָה מֵרִבְבוֹת קֹדֶשׁ ו — *Venire ex myriadibus ſanctitatis.* Deut. 33.2.

הָאֹתִיוֹת שְׁאָלוּנִי עַל בָּנַי ו — *Petere uenientia.* Eſa. 45.11.

כִּי שָׁנוֹת מִסְפָּר יֵאָתָיוּ ו — *Annos numeri (breues uidelicet) uenire.* Iob. 16.22.

Cæterum in proprio idiomate Syriaco ſic flectitur hoc verbum in Bibliis.

אָתָא או אָתַת } Præteritũ.

אָתֵי Part.præſ.

אֶתְתִּי Imperat.

לְמֶתְיָא Infinit.

Conſtruitur cum ל & עַל. Dan. 3.2. לְמֶתְיָא *Ad veniendũ ad dedicationem ſtatuæ*. Eſd. 5.4. *Eo tempore* אֲתָה *venit ſuper eos Tatenai*.

Deriuatiua huius radicis & compoſita ſunt. אות איתיאל אִיתִיאֵל אִיתוֹן אֲלִיתָה אֶת אִתְבַּעַל אַתִּי הָתֵי הֵיתִי שְׁלָחוֹ אוֹתָם ו

איתי Quære ſuperius in א ante ו ſuo loco proprio.

אִתַּי Nomen proprium viri potentiſſimi ex Beniamin Dauidis tẽpeſtate, qui & אִיתַי. Itai. (*Itaio.*) 2. Sam. 23.29. אִתַּי *Itai filius Ribai*.

Fuit alter Itai Gitteus, de quo 2. Sam. 15.19. ibi vide. Radix eſt איה, vel fortaſſe deriuatur ab את.

אתיא Quære ſuperius in dictione אות.

אִתָּם Nomẽ proprium loci, vbi caſtrametati ſunt Hebrei Aegyptũ egredientes. Etham. (*Etama.*) Exo. 13.20. *Et caſtra poſuerunt* בְּאֵתָם *in Etham*. Hęc fuit ſecunda Iſraelitarũ manſio, in eſtremis deſerti finibus, vt etiam Num. 33.6. legitur. אֵתָם verò habetur inferius in נתם, ibi vide.

אתמול / **אִתְמוֹל** / **אַתְמוֹל** Nomen, quod venit in ſcriptura ſub his tribus formis maſculinis, & ſeptem vicibus tantùm legitur. Heri, dies præteritus. (*Heri.*) Additur aliquãdo nomini שִׁלְשׁוֹם, vt videre potes in ſequentibus. 1. Sam. 4.7. *Neque enim fuit ſic* אֶתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם *heri tertiũ*. (*Già tre giorni ſono.*) Et 10.12. *Quiſquis cognoſcebat*

55

ſcebat eum מֵאֶתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם *ab heri tertij*. Antea ſcilicet, nam vſurpatur eleganter etiam de tẽpore longinquo. Et 14.12. *Hebræi fuerunt Philiſtęis* כְּאֶתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם *ſicut heri tertij*. (*Antea.*) Et 19.7. *Et fuit ante eum* כְּאֶתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם *ſicut heri tertij*. Eſa. 30.33. *Quia inſtructum eſt* מֵאֶתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם *ab heri Tophteh*. Mich. 2.8. וְאֶתְמוֹל *Et heri populus meus, &c.* Pſal. 90.4. *Sicut dies* אֶתְמוֹל *heri, cum præterijt*. Radix eſt חסל.

איתמר Quære ſuperius in א ante ו ſuo loco proprio.

אִתַּי Vide ſuperius in dictione את.

אִתֵּן Nomen femininum genere, & declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Bibliis. אִתּוֹן אִתָּךְ אִתְּנוּ אִתְּכֶם. Cætera ex te formabis, cum opus erunt, iuxta regulas grammaticę. Aſina. (*Aſina.*) Animal notum, cuius mas eſt חֲמוֹר. Alia animantium nomina vide in הַיָּה. Aſinam Balaami olim locutam fuiſſe leges Num. 22. de qua fabulantur Iudei, ſicut aliàs dicemus. Ibi vide omnia. Loci aliquot obſeruandi.

וְהֶאֱבַדְתָּ חֲמֹרֹת לָקִישׁ ו — *Aſinas perire alicui.* 1. Sam. 9.3.

וְאַחַת הָאֲתוֹנָה ו — *Vna aſinarum.* 2. Reg. 4.22.

וַיְשַׁרְקָה בְּנֵי אֲתֹנוֹ ו — *Filius aſinæ.* Gen. 49.11.

וְעֹל עַיִר בֶּן אֲתֹנוֹת ו — *Pullus filius aſinarum.* Zac. 9.9.

לְבַקֵּשׁ אֶת הָאֲתֹנוֹת ו — *Quærere aſinas.* 1. Sam. 10.17.

וַיְהִי לוֹ וגו׳ וַאֲתֹנוֹת וגְמַלִּים ו — *Aſinas eſſe alicui.* Gen. 12.17.

וַיַּחֲבֹשׁ אֶת אֲתֹנוֹ ו — *Sternere aſinam.* Num. 22.21.

כְּמֹצְאוֹ אֲתֹנוֹת הָאֲתוֹנוֹת וגו׳ — *Aſinas inueniri, &c.* 1. Sam. 10.3.

וַעֲשָׂר אֲתֹנוֹת נְשֹׂאוֹת בָּר וגו׳ — *Aſinas ferre aliquid.* Gen. 45.23.

וְהוּא רֹכֵב עַל אֲתֹנוֹ ו — *Aequitare ſuper aſina.* Num. 22.21

רֹכְבֵי אֲתֹנוֹת צְחֹרֹת ו — *Aequitare aſinas cãdidas.* Iud. 5.10

וְהָאֲתוֹנוֹת רֹעוֹת עַל יְדֵיהֶם ו — *Aſinas paſcere.* Iob. 1.14.

איתן / **איתון** Quære ſuperius in א ante ו ſuo loco proprio.

אוֹתוֹן Vide paulò infrà in אֲתוּנָא.

אתני / **אתנן** Vide paulò inferius, ſuo loco proprio.

אַתּוּנָא / **אֲתוּנָה** Nomen Chaldeum ſub duplici forma maſculina, & in regimine אֲתוֹן. Fornax. (*Fornace.*) Hebraicè כִּבְשָׁן dicitur. Dan. 3.6. *Proiicietur in medium* אַתּוּן *fornacis ignis ardentis*. Et ver. 16. *Poteſt liberare nos ex* אֲתוֹן *fornace*. Et ver. 18. *Vt acciederent* לַאֲתוּנָא *fornaci*. (*Fornace.*) Et ver. 21. וְאַתּוּנָא *Et fornacem calefecit multùm*. Et ver. 22. *Ceciderunt in medio* אֲתוּן *fornacis*. Et ver. 25. *Acceſſit Nabucodonoſor ad portam* אֲתוּן *fornacis, &c.*

אתנה Nomen formę femininæ, quod ſemel legitur in Bibliis. Merces meretricia. (*Cio che ſi dà alle meretrici, per il ſuo prezzo.*) Radix aliquibus eſt נתן, mihi verò potius propria, vel חנה, quaſi fœdus meretricis diceres. (*Patto che ſi fa con le donne del mondo, di dargli tanto per il ſuo prezzo.*) Hoſ. 2.12. אֶתְנָה *Merces mihi ſunt, &c.* Idem eſt אֶתְנָן, vt mox habes.

אתני / **אתנן** Nomen proprium leuitę ex nepotibus Gerſom. Ethni. (*Ethnio.*) 1. Par. 6.26. *Filij* אֶתְנִי *Ethni*. Radix fortaſſis eſt חנה.

אֶתְנָן Nomen maſculinum genere & declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Bibliis. אֶתְנָן. Cætera, quæ pertinent ad fœminas, ex te formare poteris. Merces meretricia. (*Preẓzo che ſi da alle donne del mondo.*) Idem eſt radice & ſignificatione cum אֶתְנָה, ibi vide. Legitur in ſequentibus locis tantum.

אֹהֲבַתְּ אֶתְנָן ו — *Amare mercedem.* Hoſ. 9.1.

לֹא תָבִיא אֶתְנַן זוֹנָה וגו ו — *Marces meretricis.* Deut. 23.19.

וְכָל אֶתְנַנֶּיהָ יְשֻׁרְשׁוּ בָאֵשׁ וגו ו — *Mercedes aduri, & cæt.* Mich. 1.7. Nota.

וּבְחֹתֶךְ בְּאֶתְנָן וְאֶתְנַן לֹא נָתַן לָךְ ו — *Dare mercedem, & non dari.* Ezec. 16.35.

וְגַם אֶתְנָן לֹא תְהֶגֶי עוֹד ו — *Non dare amplius mercedem.* Ezec. 16.42.

וְתִירֹשׁ סְחָרָה וְאֶתְנַנָּה קֹדֶשׁ לַיְיָ — *Mercedem eſſe ſanctitatem Domino.* Eſa. 23.18.

וְלֹא הָיְתָה כְזוֹנָה לְקַהֵּס אֶתְנָן וְשָׁנָה לְאֶתְנַנָּה ו — *Detrahere mercedem.* (*Mercedi.*) Ezec. 16.32. *Redire ad mercedem ſuam.* Eſa. 23.17.

Aliàs אֶתְנִי eſt nomen proprium viri ex tribu Iudæ. Ethnan. (*Etnano.*) 1. Par. 4.7. וְאֶתְנִי *Et Ethnan.*

אתיק Nomen maſculinum genere & declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Bibliis. אֲתִיקִים אֲתִיקֶיהָ. Quater tantummodo legitur, & fortaſſe incertum eſt, quid propriè ſignificet. Radix inſuper aliquibus eſt propria, & ſi vero ſimilius ſit, vt deriuet à radice נחק, & Exedram, domunculam per tralationem eleganter ſignificet, quòd huiuſmodi cubicula eſſent extra templum extructi, quaſi ab eo cuuſos diceres. (*Caſetta.*) Ezec. 41.15. וַאֲתִיקֶיהָ *Et cubiculos eius (qui erant) hinc inde.* Vox corrupta librariorum uitio fortaſſis, nam habet Vau loco Iod, & Aleph poſt He ſuperabundat. Et ver. 16. וַיְאַתִּיקִים *Et cubiculi circa illa tria*. Et cap. 42.3. אֲתִיק אֲשֶׁר לִפְנֵי אֲתִיק *Cubiculus ante cubiculum*. Et ver. 5. *Nam capaciores erant* אֲתִיקִים *cubiculi pluſquàm illæ*. Expende locos accuratius.

אתר Nomen Chaldeum maſculinum genere, ſuſcipiens affixa, אֲתַר. Locus. (*Luoco.*) Hebraicè מָקוֹם dicitur. Dan. 2.35. *Et omnis* אֲתַר *locus non eſt inuentus eis*. Chaldaiſmus, pro nullibi conſtiterunt. Eſd. 5.16. *Et domus Dei ædificetur ſuper* אֲתַרָהּ *loco ſuo*.

אתר Verbum Chaldeum Pihel, actiuum, quod ſemel legitur in Imperatiuo. אֲתַרוּ. Proiecit, deiecit. (*Gittar'a terra.*) De foliis dicitur. Hebraicè נָפַל. Dan. 4.11. אֲתַרוּ *Deiicite folia eius*. Radicem נהר eſſe autumant, quod ſi uerum eſt, fortaſſe ſic dicitur, quaſi ſubſilire facere, & coniugationis Aphel erit.

אתרים Nomen proprium loci fortitan, ab explorando ſic dicti. Atharim. (*Atarime.*) Num. 21.1. *Quòd venit Iſrael via* הָאֲתָרִים *Atharim*. Alijs eſt Toar, ideſt exploratores à radice תור, Expende locum.

אתת Ex hac radice mihi emanant אִיתִיאֵל אֶת, quæ ſuis locis vide.

אֲבָרֵךְ אֶת יְהוָה אֲשֶׁר יְעָצָנִי אַף לֵילוֹת יִסְּרוּנִי כִלְיוֹתָי ו

בְּמֶה יְזַכֶּה נַעַר אֶת אָרְחוֹ לִשְׁמוֹר כִּדְבָרֶיךָ׃

ב

Proximius elementum eſt ordine, vt etiam apud nos B, & apud græcos Β, cuius ſonus non modò impeditus & obſcurus eſt, ſed nullus apparet, dumq; ſibi exitum parat, irrito laboraret conatu, & omnino incaſſum niteretur, ſi vocalis deſtitueretur adminiculo, quæ velut carceri mancipatum & vinctum eripit, ac ſoluit. Dum profertur incipit à labiorum compreſſione, & vnam ex vocalibus ſibi ſociam aſſumens, diducuntur labra, & exit, & ob id labiorum litera dicitur, quam בֵּית Beth vel Beth Hebræi nominant, cuius interpretationem vide ſuo loco. Duplicem habet ſonum, nam cum Dages valet B latinum, & ſine eo Β græcum, vt בְּבֵיתִי beuethi. Eſt autem Beth modò ſeruile, & modò radicale. De hoc dicemus in ſingulis dictionibus. Lege tamen interim radicem בוא, & obſerua dictiones, quæ remanent in ſcriptura cum ſolo Beth radicali. Seruile omnibus orationis partibus famulatum præſtat, ſed tantùm à dictionum capite, & In ſignificat, & ſi variè transferatur apud nos, vt fert latina oratio, de quo iam diximus in grammatica, quo loci inſuper habes, quæ puncta vocalia patiatur. Ingreditur multorum conſtructionem verborum perquàm eleganter, vt in ſingulis dicendum eſt. Huius figura in numeris duo ſignificat. Componitur cum aliis ſeruilibus, quæ affixa appellantur, hoc eſt pronomina, quæ ſunt hæc in Bibliis, בִּי בָּנוּ בְּךָ בָּכֶם בָּכֶן בּוֹ בָהּ בָּהֶם בָּם בָּהֶן, & aliquando aſſumit à fine aliquot ſyllabas expletiuas nihil ſignificantes, vt quidam aſſerunt, vt בְּמוֹ, & בְּרִי, de quibus ſuo loco dicemus. Chaldeis eadem litera eſt, & ſeruilis In ſignificat, & affixis additur, quæ ſunt huiuſmodi in ſcriptura ſacra. בִּי בָךְ בָּהּ בָּהּ בְּרָהוֹן. Compoſita huius elementi ſunt אַחֲלֵיבָה בָּרָן בְּרִיךְ בְּטוּרְיָה בְּעֵי בַּעֲשִׁיָה בְּצַלְאֵל בִּרְשָׁע.

בב Omnia duplicata Beth in principio dictionis habentur paulò inferius in ב ante ב ſuo loco proprio.

ב א

בא Lege radices אבה בוא, & nota eas dictiones, quæ remanent in ſcriptura cũ his duabus conſonantibus, vt eas facilius poſtea cognoſcas.

בִּיאָה Quære inferius in ב ante י ſuo loco proprio.

בָּאַר Verbum Pihel actiuum, perfectum, quod habet has voces in Bibliis tantùm.

בֵּאַר Præteritũ.
בַּאֵר Imperat.
בָּאֵר Infinit.

Cætera cautè formabis, cũ opus erunt, vel ſynonimo פרש vti poteris. Expoſuit, declarauit, per tralationem fortaſſis à בָּאַר, quaſi diceres, fodere, quoad inuenias, quod quæris, & ſi alij malint, nomen à verbo deriuari. (*Iſſorre, dechiarare.*) Deut. 1. 5. בֵּאֵר *Explanauit hanc legẽ dicens.* Et 27.8. בָּאַר *Declarando bene.* Abac. 2.2. וּבָאֵר *Et declara ſuper tabulas.* Alibi non reperitur. Deriuatiua huius radicis & compoſita ſunt.

הַבְּאֵר בְּאֵרָא בְּאֵר אֵלִים בְּאֵרָה בְּאֵרִי בְּאֵר לַחַי רֹאִי בְּאֵר שָׁבַע בְּאֵרֹתִי בִּרְיִם בְּרוֹנִי׃

בְּאֵר Nomen fœmininum genere, & declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Bibliis. בְּאֵר בְּאֵרֹת בְּאֵרָהּ בְּאֵרוֹת בְּאֵרֹתֵיהֶם. Cætera etiam formare poteris, cũ opus fuerint, ad canones grãmaticales. Fouea. (*Foſſa.*) Ferè ſemper dicitur de ea fouea, in qua ſit aqua viua, clara, & excaturiens, vt deriuetur à ſuo piori ſignificatione, & ſi aliquando addatur etiam מַיִם. Puteus. (*Pozzo.*) Synonima ſunt בּוֹר ciſterna, בְּיר puteus, זָבָא fouea, & בְּרֵכָה piſcina, quæ vide ſuis locis. עַיִן verò eſt fons, vt ſuo loco. In vno loco tantùm legitur בְּאֵרוֹת. Gen.14.10. *Et vallis Sidim erat* בְּאֵרוֹת בְּאֵרוֹת *putei putei bituminis.* Phraſis Hebræa pulcherrima, ideſt quàmplurimi putei erant illic effecti ab his, qui argillam ædificandi cauſa tollebant, & fortaſſis ita variatur punctis, vt hos diſtinguat à puteis aquarum, quanquàm aliis potius ſit in regimine, putei puteorum. Loci aliquot obſeruandi.

וַיַּחְפְּרוּ גְּרָר אֲחֵרָה׃	*Fodere alium puteum. Gen. 26.21*
עַל אֹדוֹת בְּאֵר הַמַּיִם אֲשֶׁר גָּזְלוּ וגו׃	*Rapere puteum. Gen. 21.25.*
כִּי הַפְרֵתִי אֶת הַבְּאֵר חִנָּת	*Fodere puteum. Gen. 21.30.*
וְלוּ בְאֵר בְּחַצְרוֹ וְיָרַד שָׁם׃	*Puteum eſſe in atrio, & illic deſcendere. 2. Sam. 17.18.*
וַיֵּשֶׁב עַל הַבְּאֵר׃	*Sedere ſuper puteo. Exo. 2.15.*
וַיַּחְפְּרוּ שָׁם עַבְדֵי יִצְחָק בְּאֵר׃	*Excauare puteum. Gen. 26.25.*
וְלֹא נִשְׁתֶּה מֵי בְאֵר׃	*Bibere aquas putei. Num. 20.17.*
וַיִּמְצְאוּ שָׁם בְּאֵר מַיִם חַיִּים	*Inuenire puteum aquæ viuæ. Gen. 26.19.*
וְנֹזְלִים מִתּוֹךְ בְּאֵרֶךָ׃	*Bibere fluenta de medio putei. Pro. 5.15.*
עֲלִי בְאֵר עֲנוּ לָהּ׃	*Puteum aſcendere. Num. 21.18.*
וַיַּעֲלוּ מֵהַבְּאֵר׃	*Aſcendere de puteo. 2. Sam. 17.21*
וְהָאֲבָן גְּדוֹלָה עַל פִּי הַבְּאֵר	*Oſputei. Gen. 29.2.*
וְאַל תֹּאטַר עָלַי בְּאֵר פִּיהָ׃	*Puteum aperire os ſuũ. Pſal. 69.16.*
וַתִּפְרֹשׂ אֶת הַמָּסָךְ עַל פְּנֵי הַבְּאֵר׃	*Facies putei. 2. Sam. 17.19.*
וּבְאֵר צָרָה נָכְרִיָּה׃	*Puteus anguſtiæ. (Anguſtus.) Pro. 23.27.*
וַתָּרָץ עוֹד אֶל הַבְּאֵר	*Currere ad puteum ad hauriendum. Gen. 24.20.*
לְשָׁאֹב׃	
וְהִנֵּה בְאֵר בַּשָּׂדֶה וגו׃	*Puteus in agro, &c. Gen. 29.2.*
הַזּוֹרְמִים לִבְאֵר שָׁחַת׃	*Puteus corruptionis. Pſal. 55.24.*

Aliàs בְּאֵר eſt nomen loci ob euentum ſic dicti, quòd illic puteus enatus ſit. Beer. (*Bera.*) Et cum He aduerbiali בְּאֵרָה producte, Nu. 21.17. *Et illinc* בְּאֵרָה *ad Beer.* Eſt etiam nomen oppidi in Simeonis tribu, Ioſ. 19.8. *Bahalath,* בְּאֵר *Beer, cætera.* Hæc fortaſſis eſt Beer illa ciuitas, ad quam aufugit Iotam Gideonis filius, Iud. 9.21. Plurale inſuper בְּאֵרוֹת eſt nomen proprium loci, vbi quondam caſtrametati ſunt Iſraelitæ, à puteis fortaſſe nomen trahentis. Beeroth. (*Berotta.*) Deut. 10.5. *Iſraelitæ profecti ſunt* מִבְּאֵרוֹת *ex Beeroth filiorum Iahacan.* Eſt inſuper nomen vrbis Hiiteorum, de qua Ioſ. 9.17. וּבְאֵרוֹת *Et Beeroth.* Huius fortaſſe conditor extitit בְּאֵרִי, quæ poſtea iacta ſorte Beniaminiæ obuenit tribui, vt Ioſ. 18.25. 2. Sam. 4.2. Eſd. 2.25. Expende locos diligentius. Huius nominis compoſita habentur in radice.

בְּאֵר Quære inferius in בור, & nota.

בְּאֵרִי Vide paulò inferius, ſuo loco proprio.

בְּאֵרָא Nomen proprium viri ex tribu Aſcer. Beera. (*Berano.*) 1. Par. 7.37. וּבְאֵרָא *Et Beera.* Radix eſt בְּאֵר.

בְּאֵר אֵלִים Videtur eſſe nomen proprium oppidi in Moabitarum limite. Beerelim. (*Berelima.*) Eſa. 18.8. וּבְאֵר אֵלִים. *Et (uſque ad) Beerelim vlulatus eius.* Compoſitum eſt ex בְּאֵר & אֵל.

בְּאֵרָה Nomen proprium viri principis ex tribu Ruben, qui à rege Aſſyriorũm in captiuitatem actus eſt. Beerah. (*Berano.*) 1. Par. 5.6. בְּאֵרָה *Beerah filius eius.* Expende tempora. Radix eſt בְּאֵר.

בְּאֵרִי Nomen proprium viri Hittei Eſau ſoceri. Beeri. (*Berino.*) Gen. 26.34. *Duxit vxorem Iuditam ſiliam* בְּאֵרִי *Beeri Hittei.* Hic fortaſſe בְּאֵרוֹת vrbem condidit, de qua in בְּאֵר.

Fuit alter Beeri Hoſeæ prophetæ pater. Hoſ. 1.1. Radix eſt בְּאֵר.

בְּאֵר לַחַי רֹאִי Nomen proprium loci inter Cades, & Bered, ob euentum ſic dicti, quòd illic eſſet puteus, vbi Angelus apparuit ad Hagar ancillã Abrahæ. Beer lahai roi. (*Berlahairoio.*) Gen. 16.14. *Ob id appellauit puteum* בְּאֵר לַחַי רֹאִי *Beer lahai roi.* Compoſitũ eſt ex tribus radicibus בְּאֵר, & חיי, & ראה.

בְּאֵר שָׁבַע Nomen proprium ciuitatis fœminino genere. Beerſebah (*Berſabea.*) Gen. 21.14. *Et errabunda ibat per deſertum* בְּאֵר שָׁבַע *Berſabeæ.* Nõdum autem erat ſic appellata, ſed poſtea à iuramento Abrahami & Abimelechi, & à ſeptem agnis, quas Abraham Abimelecco dedit, nomen traxit, vt eòdem cap. ver. 31. *Ob id appellauit locum illum* בְּאֵר שָׁבַע *Berſabea, quod illic vterq; iurasſet.* Vide etiam, quæ ſcribantur Gen. 26.33. nam ab Iſaaco etiam hoc nomine ob puteum quendam שִׁבְעָה dictum appellata eſt. *Et nominauit illum* (inquit) *Sibeah, & hac de cauſa nomen ciuitatis eſt* בְּאֵר שָׁבַע *Berſabeah vſq; in hodiernum diem.* Cum He aduerbiali in fine ſic ſcribitur בְּאֵרָה שָׁבַע, vt Gen. 46.1. *Et venit* בְּאֵרָה שָׁבַע *in Berſabeah.* Erat autem in Iudæ tribu, vt apparet ex Ioſ. 15.28. vbi recenſetur inter ciuitates ſecus limites Idumeæ. 1. Reg. 19.4. *Et venit (ad)* בְּאֵר שָׁבַע *Berſabeam Iudæ.* Incolebatur nihilominus (modò alteram potius fuiſſe eiuſdem nominis non contendas) à Simeonis tribu, vt conſtat ex Ioſ. 19.2. vſque ad tempora Dauidis, qui eam Iudæ reddidit, vt ex locis ſupradictis annotare poſſumus, & ex 1. Par. 4.28. *Et habitarunt* בִּבְאֵר שָׁבַע *in Berſabeah.* Et mox ver. 31. *Hæ fuerunt ciuitates eorum, donec regnauit Dauid.* Compoſitum eſt ex בְּאֵר, & שבע.

בְּאֵרוֹת Nomen proprium vrbis, quære ſuperius in בְּאֵר.

בְּאֵרֹתִי Nomen gentile maſculinũ genere & declinatione בְּאֵרוֹתִים Beerothites. (*Della città di Berotta.*) 2. Sam. 4.2. *Filij Rimonis* חֲבְּאֵרֹתִי *Beerothitidis.* Et 23.37. *Naharai* חֲבְּאֵרֹתִי *Beerothites.* Et iterũm cap. 4.3. *Et fugerunt* חֲבְּאֵרֹתִים *Berothenſes.* 1. Par. 11.39. ſcribitur בְּרֹתִי. Radix eſt בְּאֵר.

בָּאַשׁ Verbum Cal neutrum perfectum, quod ſic flectitur in Bibliis.

בָּאַשׁ Præteritum.
יִבְאַשׁ
תִּבְאַשׁ } Futurum.

Cætera ex his duobus temporibus formare poteris, cũ opus erunt, iuxta canones grammaticales, reliqua verò vel ex ſynonimo נִסְרַח, vel ex Niphal huius, vel tandẽ ex nominibus, de quibus mox agemus, potius ſumenda ducerem. Putuit, fœtuit. (*Putire, puzzare, corrumperſi dal ſuo bon eſſere propriamente.*) Quinque vicibus tantùm inuenitur.

וְתִבְאַשׁ הָאָרֶץ׃	*Terram putreſcere. Exo. 8.14.*
וְתִבְאַשׁ דָּגָתָם מֵאֵין מַיִם׃	*Piſcem fœtere ſine aqua. Eſa. 50.2.*
וַיִּבְאַשׁ הַיְאֹר׃	*Fluuium fœtere. Exo. 7.20. & 23.*
וַיִּרֶם תּוֹלָעִים וַיִּבְאַשׁ׃	*Mannam fœtere. Exo. 16.20.*

Cæterum in Chaldaico idiomate hoc verbum eleganter Triſtem eſſe, vel euadere ſignificat, quaſi diceres fœtidum quodammodo ſe reddidit, quod notes maximè, nam vel hoc ab Hebreo, vel Hebreum ab hoc originem trahit. (*Saper'male, cõtriſtarſi.*) Eo vſus eſt ſemel Dan. cap. 6.15. *Vehementer* בְּאֵשׁ *contriſtatus eſt ſuper eo.* Deriuatiua huius ſunt. בְּאֵשׁ בְּאוּשָׁה בְּאֵישׁ הִבְאִישׁ הִבְאִישׁ נְבָאֵשׁ.

בְּאֵשׁ Nomen maſculinum genere, & declinatione, quãquàm plurale videtur eſſe potius alterius formæ, & ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Bibliis. בְּאֵשׁ בְּאֵשִׁים בַּאֲשׁוֹ בַּאֲשָׁם. Cætera ex te formabis, cum opus erũt, iuxta regulas grammaticales. Fœtor, putredo. (*Puzza, fetore, coſa putida.*) Habet ſynonimum צחנה putredo, quod vide. Quinq; vicibus legitur.

וַאֲעַלֶּה בָאַשׁ מַחֲנֵיכֶם׃	*Aſcẽdere facere fœtorẽ. Amos. 4.10*
וּפִגְרֵיהֶם יַעֲלֶה בָאְשָׁם׃	*Fœtorem cadaucrum aſcendere Eſa. 34.3.*
וְעָלָה בָאְשׁוֹ׃	*Fœtorem aſcendere. Ioel. 2.19.*
וַיַּעַשׂ בְּאֻשִׁים׃	*Vineã facere fœtores. Eſa. 5.2. & 4*

בָּאְשָׁה Nomen formæ fœmininæ, quod ſemel legitur in Bibliis. Fœtor, putredo, res putida. (*Fettore, puzza, coſa putida, puzzolente.*) Iob. 31.40. *Et pro hordeo* בָּאְשָׁה *fœtor.* Lolium intellige, vel aliud quid ſimile nullius valoris, & propè fœtidum. Radix eſt באש.

בָּאוּשְׁתָּא Nomen Chaldaicum formæ fœmininæ, quod ſemel legitur in Bibliis. Mala, fœtida, putida. (*Mala, cattiua, puzzolente.*) Eſdras eleganter de ciuitate dixit, cap. 4.12. *Ciuitatem rebellem,* וּבְאוּשְׁתָּא, & fœtidam ædificant. Radix באש.

בְּאֵתַר Quære inferius in נתר ſuo loco proprio.

ב ב

ביב Vide inferius in ב ante י ſuo loco proprio.

בבה Nomen formæ fœmininæ, quod ſemel legitur in Bibliis in regimine, He in Thau

mutato, בָּבָּה: Pupilla, nigredo oculi. (*La pupilla, il negro del occhio.*) Synonimum huius est אִישׁוֹן, quod vide. Lac.2.12. *Tangit* בְּבָבָת *(in) pupillam oculi sui.* Quod si liceret coniectare, ego potius librariorum errorem esse dicerem, pro בְּבַת in filia oculi. Vide בַּת. Aliis verò etiã בַּת ab hoc aliquando deriuatur abiecto altero Beth, vt suo loco dicemus, sed liberum sit omnibus, de hoc iudicare. Quidam radicem בוב arbitrantur.

בִּבַי / בֵּבַי Nomen proprium viri vtroq; modo dicti. Bebi, vel Bebai. *(Bebio, o Bebaio.)* Esd.2.11. *Filij* בְּנֵי *Bebai 623.* Et 8.11. *Ex filijs* בְּנֵי *Bebai Zacarias filius Bebai* Neh.7.16. *Filij* בְּנֵי *Bebi 628.*

Fuit alter Bebai fortasse, princeps populi, de quo Neh. 10.16. Expende locos.

בָּבֶל Nomẽ proprium vrbis in scriptura sacra notissimæ, fœmininum genere, à confusione linguarum sic dictæ, ex radice בלל scilicet. Babel, Babylon. *(Babilonia.)* Gen.10.10. *Principium regni huius (Nimrod) fuit* בָּבֶל *Babylon.* Et 11.9. *Ob id vocauit nomen eius* בָּבֶל *Babylon, eo quòd illic* בָּלַל *confuderit Dominus labium vniuersæ terræ.* Et cum He aduerbiali בָּבְלָה productè. 2.Reg.20.17. *Vsq; ad hanc diem* בָּבְלָה *Babyloni.* Et cum Mem & He. Ier.27.15. מִבָּבֶלָה *Ex Babylone.* Ex Ier.51.63. videtur Euphratem esse secus Babylonem. Expende locum. Huius vrbis descriptionem uide apud Plinium lib. 6. cap. 26. Filia Babylonis. Esa.47.1. In Chaldeo insuper idiomate eodem modo dicitur, vt Dan.4.27. *An non est hæc* רְבָל *Babylon magna?* Huius deriuatiua habentur in radice.

בַּבְלָיָא Nomen Chaldaicum gentile, plurale, masculinũ genere. Babylonij, ex Babylone. *(Di Babylonia.)* Esd.4.9. בַּבְלָיֵא *Babylonij.* In aliquibus exemplaribus scribitur בַּבְלָיֵא. Radix est כלל.

ב ג

בג Nomen formæ masculinæ, sine plurali, quod legitur tantùm in regimine, & cũ affixis, q̃ sunt in Bibliis, בְּגוֹ בָּנָיו. Cætera, cum opus erunt, formare poteris, iuxta canones grammaticales. Sex uicibus tãtùm legitur, & ferè incertum, quid propriè significet, quamuis omnes cibũ, escam interpretati sint. *(Cibo.)* Mihi potius est ciborũ genus, quos principes quotidie sibi, & familiaribus parabant. Videtur esse Syriacum, & semper habet פַּ adiectum. Dan.1.5. *De bucella* בַּג *cibi regis.* Idem ver.8.13. & 15. Et mox ex duabus fit unica dictio, ver.16. *Factum q̃, est, vt Melzar tolleret* פַּתְבָּגָם *bucellã cibi eorum.* Sic cap.11.26. *Et edentes* פַּתְבָּגוֹ *bucellam tibi illius.* Nota locos. Illud etiam Ezec.25.7. וְנַתַּתִּיךְ לָבַז לַגּוֹיִם, & si Iudei, nescio quib. rationibus, legant לְבַז, & interpretẽtur in prædam, tamen optimè potest sic exponi, *Et dabo te in cibum gentibus;* (*gentium*) hoc est, in captiuitatẽ ducam te inter gentes, ubi uelis nolis, edẽdum tibi fuerit בַּג earum. Expende locum accuratius.

בגד Verbũ Cal actiuum, perfectũ, suscipiens affixa reciproca in Infinitiuo, sic flectitur in Bybliis,

בָּגַדְתָּה בְּגַדְתִּי
בָּגַדְתְּ בָּגַדְתֶּם
בָּגַד בָּגְדוּ בָּגְדָה בָּגַדְנוּ
בֹּגֵד בֹּגְדִים } Participium præs.
בֹּגֶדֶת בֹּגְדוֹת
בְּגֻדָה Nomen toar fœmi.
יִבְגֹּד יִבְגְּדוּ
תִּבְגֹּד תִּבְגְּדוּ יִבְגֹּדְנָה
תִּבְגְּדִי תִּבְגְּדוּ תִּבְגֹּדְנָה } Futurum.
בְּגֹד לִבְגֹּד בִּבְגֹּדוֹ Infinitiuus.

Cætera quæ desunt, formare poteris iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt, præter Pahul. Præuaricatus est, impius, præuaricator, perfidus, infidelis, fœdifragus, mendax fuit. (*Mancar' di sua parola, di suo debito, di fè, in qualsi voglia cosa.*) Vide שָׁקַר. Præsens participium plerunq; nominaliter vsurpatur, & aliquãdo substantiuè, vt aliquibus placet. Præuaricator, præuaricatrix. בֹּגְדוֹ est etiã à בָּגֵד sequenti. Construitur modò absolutè modò cum præpositione Mem, sæpius verò cũ Beth, quod nonnunq̃ deficit subintelligendum. Exo.21.8. *Non habebit potestatem vendendi eam* בְּבָגְדוֹ *cum præuaricatus sit (perfidè se gessit) in eam.* Psal.75.15. אָם אֲסַפֵּרְתִּי אֲסַפְּרָה, כְּמוֹ הֲמַהְרוֹר בְּנֵיךְ בַּגְּדָה, locus satis difficilis, cuius fortasse sensus est iste; *Si cogitabam narrare talia, ecce (in) ætatem filiorum tuorum præuaricatus sum.* Expende verba diligentius. Loci aliquot obseruandi.

וַיִּבְגְּדוּ כַּאֲבוֹתָם׃	*Præuaricari, vt parentes.Psal.78.57*
אַל תֶּחֱן כָּל בֹּגְדֵי אָוֶן סֶלָה וגו׃	*Præuaricatores iniquitatis.Psal.59.6*
אַחַי בָּגְדוּ כְמוֹ נָחַל׃	*Fratres præuaricari tanquam fluuium.Iob.6.15.*
כַּדּוֹגֵעַ נִבְגַּד אִישׁ בְּאָחִיו׃	*Virum præuaricari in fratrem suum.Mal.2.10.*
אַנְשֵׁי בוֹגְדוֹת׃	*Viri præuaricatricum.(Præuaricationum aliys.)Soph.3.4.*
אֵכֶן בֶּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ וגו	*Mulierem præuaricari à socio. Ier. 3.20.*
וּבְאִשָּׁת נְעוּרֶיךָ אַל יִבְגֹּד׃	*Præuaricari in mulierem inuentitis tuæ.Mal.2.15.*
חֲבוּשׁ בֹּגֵד בּוֹגֵד וגו׃	*(In) præuaricatorem præuaricari. Esa.21.2.*
בֹּגְדִים בָּגְדוּ וּבֶגֶד בּוֹגְדִים בָּגָדוּ׃	*Præuaricatores præuaricari præuaricatione.Esa.24.15.*
יִבְשׁוּ הַבּוֹגְדִים רֵיקָם׃	*Præuaricantes sine causa erubescere.Psal.25.3.*
וְיַסֵּף דְּכָרִי בֹגֵד׃	*Verba præuaricantium.Pro.23.12*
וְדֶרֶךְ בּוֹגְדִים אֵיתָן׃	*Iter præuaricantium. Pro.13.15.*
לְפֻקַּח תַּכֵּט בּוֹגְדִים׃	*Aspicere præuaricatores. Abac.1.13*
וּכְחַוֹת בֹּגְדִים יַיְכִיחוּ׃	*Præuaricatores capi in calamitate. Pro.11.6.*
וּבוֹגְדִים בָּאָדָם תּוֹסִיף׃	*Addere præuaricantes (præuaricationes alijs) homine.Pro.23.28*
פָּנְלֹתָךְ לְבָגֹד יִבְגְּדוּ בָךְ׃	*Præuaricari in aliquem, cum ipse desierit. Esa.33.1.*
וְאַף כִּי הַיַּיִן בּוֹגֵד׃	*Vinum (ebrium.s.) præuaricari. Abac.2.5.*
מִבְטַח בּוֹגֵד בְּיוֹם צָרָה׃	*Spes perfidi.Pro.25.19.* (2.21.
וּבוֹגְדִים יִסְחֲפוּ מִמֶּנָּה׃	*Præuaricatores euelli, è terra.Pro.*
וְנֶפֶשׁ בֹּגְדִים חָמָס׃	*Animam præuaricantium esse iniuriam.Pro.13.2.*
וְסֹלֵף בֹּגְדִים יְשַׁדֵּם׃	*Deflexio præuaricantiũ. Pro.11.3.*
עֲצֶרֶת בֹּגְדִים׃	*Cœtus præuaricantium.Ier.9.2.*
כָּל רֵעֵהוּ בָּגְדוּ בָהּ׃	*Amicos præuaricari in aliquem. Thren.1.2.*
לֹא שָׁבָה אֵלַי כַּגּוֹדָה אֲחוֹתָהּ	*Præuaricatricẽ nõ redire.Ier.3.10.*
שָׁלוּ כַּד בֹּגְדֵי בָגֶד׃	*Præuaricatores esse pacatos.Ier.12.1*

Deriuatiuum huius est בֶּגֶד.

בֶּגֶד Nomen generis communis, cum duplici plurali, masculino etiam generis communis existente, & suscipiens affixa, quæ sunt in Bibliis. בֶּגֶד בְּגָדִים בְּגָדִי בְּגָדֶיךָ בְּגָדַיִךְ בְּגָדוֹ בְּגָדֶיהָ בְּגָדֶיכֶם בְּגָדָיו בְּגָדֶיהָ בְּגָדִיהֶם. Cætera, quę desunt, ex te formare poteris, iuxta regulas grammaticales, cũ opus erũt, בָּגַד formatur etiam à suo Cal, vt illic habes. Est autẽ nomen equiuocũ, nã primò significat præuaricationẽ, perfidiaũe, in quo sensu bis ad summum legitur, & semper cũ suo verbo Cal. (*Preuaricatione, perfidia mancamento di fè.*) Vide עִקֵּר. Esa.24.15. וּבָגֶד *Et præuaricatione præuaricatores præuaricati sunt.* Ier.12.1. *Pacati sunt omnes præuaricatores* בֶּגֶד *præuaricationis.* Aliàs semper dicitur generaliter de omni panno, seu uestę, quæ fit ex eo, cuius significationis etymon quærere, fortassis impossibile est. Ego nihil certi de conuenientia præuaricationis & panni adhuc habeo, nisi uelles sic dici, q̃ sæpius emptorem fallat. (*Panno, tela, veste, vestimenta.*) Synonima sunt שְׂמָלָה vestis, & בְּרוֹמִים vestes, quæ suis locis uide. Frequens est in scriptura. Loci notandi.

וְלִבְשִׁי בִּגְדֵי אַלְמְנוּתֵךְ׃	*Vestimenta luctus.2.Sam.14.2.*
וְלֹא תַחֲבֹל בֶּגֶד אַלְמָנָה׃	*Vestis viduæ. Deut.24.17.*
וַתָּסַר בִּגְדֵי אַלְמְנוּתָהּ מֵעָלֶיהָ׃	*Auferre vestimenta uiduitatis. Gen.38.14.*
וּפְרָט שְׁנִי בֶּגֶד׃	*Pannus purpuræ. Num.4.13.*
וּפָשְׁטוּ אֶת בֶּגֶד אַרְגָּמָן׃	*Vestimenta lini. Leuit.16.23. Vide* בּוּר. (102.27.
וְכִלִּים כְּבֶגֶד יִבְלוּ׃	*Veteras cere tanquàm pannũ. Psal.*
וַיַּחֲזֵק דַּיִן בְּבִגְדָיו וגו׃	*Apprehendere in vestimentis. 2. Sam.1.11.* (59.6.
קְדֵרִים לֹא יִהְיוּ לְבֶגֶד׃	*Esse vestimento.(In vestem.)Esa.*
וְשָׂם יָדָיו בְּבִגְדֵיהֶם וגו׃	*Deponere vestimenta.Exec.42.14.*
סַעֲרָה בֶּגֶד בְּיוֹם קָרָה׃	*Remouere vestem. Pro. 25.20. Vide* הערה.
וְחִפְשְׁטוּ אֶת אַהֲרֹן אֶת בְּגָדָיו׃	*Exuere facere vestes.Num.20.20*
וְשִׁלַּךְ עָלָיו בָּגֶד׃	*Proÿcere super aliquem vestimentum.2.Sam.20.12.*
וְשִׁלְשִׁים חֲלִפוֹת בְּגָדִים׃	*Mutationes vestimentorum. Iud. 14.12. Vide* חליפה.
יַחְלְקוּ בִגְדֵי לָהֶם׃	*Diuidere vestimenta. Psal.22.19.*
וַתִּקַּח רִבְקָה אֶת בִּגְדֵי עֵשָׂו בְּנָהּ חֲמוּדוֹת וגו׃	*Vestes desiderationum.(Pulcherrimæ.)Gen.27.15.*
אֲשֶׁר בְּגָדַיִךְ חַמִּים׃	*Vestimenta callida. Iob.37.15. Vide* חמם.
חֲסוֹץ רִגְדֵים מַפַּצְרֵת׃	*Oppressus vestimentis. Esa.63.1. Vide* חסוץ.
בְּרִגְדֵי חֹפֶשׁ לְרִכְבָה׃	*Vestimenta libertatis. (Quæ liberos homines deceãt.) Exe.27.20*
פִּי חִלְּבִישַׁנִי כִּגְדֵי יֶשַׁע׃	*Induere vestibus salutis.Esa.61.10*
יְכַבֵּס בְּגָדָיו׃	*Lauare vestimenta. Leuit.11.40.*
וְשִׁנָּא אֶת נְגִיד כְּלָאוֹ׃	*Vestimẽta cohibitionis. (Carceris.) 2.Reg.25.29.*
וּבֶגֶד כְּלָאַיִם שַׁעַטְנֵז לֹא יַעֲלֶה עָלֶיךָ׃	*Vestimentum cohibitionis. Leuit. 19.19. Vide* כִּלְאַיִם.
עַל כַּנְפֵי בִגְדֵיהֶם׃	*Alæ (extremæ) vestimentorũ. Num. 15.38. Vide* כנף.
וַיְכַסְּחוּ בְּבִגְדִים׃	*Tegere (in) pannis. 1. Reg. 1.1.*
וְעֵרֹם יְכַסֶּה בֶּגֶד׃	*Operire nudum veste. Ezec. 18.7.*
בְּכָל עֵת יִהְיוּ בְגָדֶיךָ לְבָנִים׃	*Vestimenta alba. Eccles. 9.8.*
לָבוּשׁ בְּגָדִים צוֹאִים׃	*Induere vestes sordidas. Zac.3.3.*
מֹר וַאֲהָלוֹת קְצִיעוֹת כָּל בִּגְדוֹתֶיךָ׃	*Vestimenta esse myrrham, aloe, & casiam. (Odores.) Psal.45.9.*
כְּלֵא בִגְדוֹ׃	*Plenitudo vestimenti. 2. Reg. 4.39.*
וְלִבְגֵד בִּגְדֵי נָקָם׃	*Vestimenta vltionis. Esa.59.17.*
וּבְגָדָיו לֹא תִשְׂרָפְנָה׃	*Vestimenta non aduri. Pro.6.27.*
וְנַרְאֶה לִי חֵלֶם לֶאֱכֹל וּבֶגֶד לְלַבּוּשׁ׃	*Dare vestem ad induendum. Gen. 28.20.*
וּכְבֶגֶד עָדִים כָּל צָדְקֹתֵינוּ׃	*Vestis (pannus) remotionum. Esa. 64.6. Vide* עדים.
וַיַּעֲזֹב בְּגָדוֹ בְיָדָהּ׃	*Relinquere vestimentũ. Gen. 39.12*
חֹתֵם לֹו כְּבֶגֶד יַעֲטֶה׃	*Cõplicare (induere) vestẽ. Psal. 109.19*
וְעֹרֵךְ בְּגָדִים וגו׃	*Instructio vestium. (Necessaria pro vestitu.) Iud. 17.10.*

וּבְגְדֵי עֲרוּפִים תְּפַשְּׁטוּ׃	*Vestimenta nudorum. (A fine seq. eos nominat.) Iob.22.6.*
כְּבֶגֶד אֲכָלוֹ עָשׁ׃	*Tinearn edere vestem. Iob.13.28.*
וּבְגָדֵיכֶם רֹא תְחַרְמוּ׃	*Dissuere vestimenta. Leut.10.6.*
וּפָשַׁט אֶת בְּגָדָיו וְלָבַשׁ בְּגָדִים אֲחֵרִים׃	*Exuere vestimẽta, & induere alia. Leuit.4.6.*
אוֹ בְּבֶגֶד פִּשְׁתִּים׃	*Pannus lini. (Lineus.) Leui.13.47*
הָסִירוּ הַבְּגָדִים הַצֹּאִים מֵעָלָיו׃	*Auferre vestes sordidas. Zac.3.4.*
בְּבֶגֶד צֶמֶר׃	*Pannus lanæ. (Laneus.) Leui.13.47*
וּלְצָרַעַת הַבָּגֶד׃	*Lepra panni. Leuit.14.55.*
וְעָשִׂיתָ בִּגְדֵי קֹדֶשׁ וגו׃	*Facere vestimenta sanctitatis. Exo.28.3.*
וַיִּקְרַע אֶת בְּגָדָיו׃	*Scindere vestimenta. Gen.37.28. Cur scindebantur, vide* קָרַע.
וְחָקְרַע אֶת בְּגָדֶיךָ וְהִבְכָּה לְפָנָי׃	*Scindere vestimenta, & flere. 2. Reg.22.19.*
קָרְעִתִּי אֶת בִּגְדִי וּמְעִילִי׃	*Scindere vestimentum, & palliũ. Esa.9.3. Nota.*
וַיָּרַח אֶת רֵיחַ בְּגָדָיו׃	*Odor vestimentorum. Gen.27.17.*
וְתִקְּחִי אֶת בִּגְדֵי רִקְמָתֵךְ׃	*Vestimenta acupictura. Exe.16.18*
שֹׁמֵר הַבְּגָדִים׃	*Custos vestium. (Sagristano.) 2. Reg.22.14.*
וְאֶת בִּגְדֵי הַשָּׂרָד וגו׃	*Vestes residui. Exo.31.10.*
וַיַּלְבֵּשׁ אֹתוֹ בִּגְדֵי שֵׁשׁ׃	*Vestimenta byssi. Gen.41.42.*
וּפָרְשׂוּ בֶּגֶד כְּלִיל תְּכֵלֶת וגו׃ מִלְמַעְלָה׃	*Extendere pannum vniuersitatis hyacinthi. (Totum hyacinthinum.) Num.4.6.*
וּפָרְשׂוּ בֶּגֶד תְּכֵלֶת׃	*Extendere pannum hyacinthi. Num.4.7.*
וּפָרְשׂוּ עָלֵיהֶם בֶּגֶד תּוֹלַעַת שָׁנִי׃	*Extendere pannum vermiculi. (Purpureum. Num.4.8.*
לְבַשִׁי בִּגְדֵי תִפְאַרְתֵּךְ׃	*Vestimenta decoris. Esa.52.1.*
וְתִתְפְּשֵׂהוּ בְּבִגְדּוֹ וגו׃	*Apprehendere in vestimento. Gen. 39.12.*

בִּגְוַי Nomen proprium viri, qui reuersus est è captiuitate Babylonica vna cum Zorobabele. Biguai. *(Bigouaio.)* Esd.2.2. *Mispar,* בִּגְוַי *Biguaius, &c.* Neh. 10.17. *Adonias,* בִּגְוַי *Biguaius, Adinus.*

Fuit alter Biguaius cuius nepotes reuersi sunt ex captiuitate, Esd.2.14. & 8.14. Expende locos.

בִּגְתָא Nomẽ propriũ eunuchi regis Assueri. Bigtha. *(Bigato.)* Est.1.10. *Harbona,* בִּגְתָא Bigtha.

בִּגְתָן / בִּגְתָנָא Nomẽ proprium eunuchi regis Assueri, qui cruci affixus est, q̃ insidias regi struxerit. Bigthan. *(Bigthano.)* Est.2.21. *Indignati sunt* בִּגְתָן *Bigthan, & Theres, &c.* Et 6.2. *Super* בִּגְתָנָא *Bigthana, & Theres, &c.*

ב ד

בד Lege radices אבר ברד, & eas dictiones, quæ remanent in scriptura, cum his duab. consonantibus בד, nota, vt postea facilius illas possis agnoscere.

בַּד Hæc dictio est intellectu difficillima, quòd omnes eam variè interpretati sint, nullam tamen huius variationis causam afferentes. Nos radicem ברד, & primum nomen masculinum sine plurali esse dicimus. Solitudo, vt ita dicam, vnitas. *(Solitudine, quel essere solo solo.)* Semel in statu absoluto in hoc sensu legitur. Exo.30.34. בַּד בְּבַד יִהְיֶה. *Solitudo in solitudine erit.* Hebraismus pulcherrimus, idest, sigillatim quodlibet. Aliàs semper assumit Lamed à capite, nec commodius in Latinam orationem verti potest, quàm singulariter, seorsum, sigillatim, (*da sua posta*)

& aliquando præter *(eccetto)* ſatis ornatè quidem, ſed tunc vel huic præponitur Mem: מִבַּלְעָדַי, vt Gen.46.26. מִבִּלְעָדַי *Præter vxores filiorum Iacob*; vel nomini quod excipitur, vt Exo.12.37. לְבַד מִטָּף *Præter puberem.* Ad verbū, *ſolitudini ex pube*; quaſi diceres, poſita ſeorſū pube. Huius ſynonima, vide in חוּץ. Aſſumit affixa, quæ ſunt in Bibliis. יִבָּדֵי לְבַדְּךָ לְבַדְּכֶם לְבַדּוֹ לְבַדָּהּ לְבַדֵּם לְבַדָּהֶן או לְבַדְּנָה. Cætera, quæ deſunt, ex te formare poteris, cum opus tibi fuerint, iuxta regulas grammaticales. Frequēs eſt in ſcriptura, potiſſimum verò hos locos notes velim. Eſa. 26.13. לְבַד *Solitudini (quæ eſt) in te (idest tantùm in te) mentionem faciemus tui nominis.* Zac.12.12. *Familiæ* לְבַד *ſeorſum*, & cætera; ibi vide. Pſal.51.6. *Tibi* לְבַדְּךָ *ſolitudini tuæ peccaui.* 1.Reg.8.39. *Quia tu cognoſcis* לְבַדְּךָ *ſolitudini tuæ (ſolus ſcilicet) cor filiorum hominum.* Deut.3.5. לְבַד מֵעָרֵי הַפְּרָזִי *Præter vrbes abſque muro.* Leuit. 23.38. מִלְּבַד *Præter ſabatha Domini, &c.* Ad hunc modum interprætaberis omnes locos, in quibus venerit hęc vocula, ſed & ea, quæ deinceps dicemus, vt nobis viſum fuerit rationi conſentaneum, huic ſemper referenda erūt, & intelligenda, prout cōmodius trāsferri poterūt. Secundo loco eſt nomen maſculinum genere, & declinatione בַּד, & ſpeciem quandam lini ſignificat, cuius vſus maximè fuit in ſacris veſtibus, vnde veriſimile eſt, illud eſſe, de quo Plinius loquitur lib.19.cap.1. naturalis ſuæ hiſtorię, quem conſulas velim. *(Lino.)* Aliis, & fortaſſe verius, non linum, ſed telam ſignificat, & ſatis ornatè quidem per tralationem, hoc modo. Linum Hebraicè פִּשְׁתָּה dicitur, בּוּץ verò byſſus, vel quod vulgo *(Canape)* ex quibus fit vel בַּד vel שֵׁשׁ, nam ſi tenuitate maxima neueris, בַּד vocatur, quaſi diceres, cuius frutices ſeorſum neti ſunt; *(Cambraia)* ex lino verò non tam ſubtiliter neto fit שֵׁשׁ quaſi cuius ſex frutices ſimul neti ſunt, vel potius ſubtiliori modo neto, quaſi in ſex diuiſo. *(Cambraia finiſſima.)* Vide אַרְמֹן. Sed hęc aliorum iudicio diſcutienda relinquimus. בַּד Semper regitur ab alio nomine, & ob id facilè dignoſcitur. Plurale verò veſtes, quæ fiunt ex בַּד ſignificat, & ſemper additur verbo לבש. Vigintiduabus tantùm uicibus in ſcriptura ſacra legitur. Loci notandi.

וּבְאַבְנֵט בַּד יַחְגֹּר׃	*Baltheus lini. Leuit.16.4.*
נַעַר חֹגֵר אֵפוֹד בָּד׃	*Ephod lini. 1.Sam.2.18.*
וּפָשַׁט אֶת בִּגְדֵי הַבָּד׃	*Veſtimenta lini. Leuit.16.23.*
כְּתֹנֶת בָּד קֹדֶשׁ יִלְבָּשׁ׃	*Tunica lini. Leuit.16.4.*
לְבוּשׁ בַּדִּים׃	*Indutus lineis. Exec.9.2.*
וְלָבַשׁ מַכְתֹּנֶת בַּד יִהְיֶה׃	*Veſtimentum lini. Leuit.6.3.*
וּמִכְנְסֵי בָד יִהְיוּ עַל בְּשָׂרוֹ	*Subligacula lini. Leuit. 16.4. & Exo.39.28.*
וּבְמִצְנֶפֶת בָּד יִצְנָף׃	*Tiara lini. Leuit.16.4.*

Tertio plurale בַּדִּים Vectes ſignificat, quæ ſunt in Bibliis. בַּדִּים בַּדָּיו בַּדֶּיהָ. Sed & cætera formare poteris iuxta regulas grammaticales, cū opus tibi fuerint. *(Stāghe, mazze, baſtoni groſſi.)* Habet ſynonimū כּוֹט, quod vide. In hac ſignificatione radix eſt propria בר, vel ſi mauis בדד, & ſic dicuntur fortaſſe, q̄ ſeorſum aliquid ſubſtentent, portentq̄; Loci notandi.

לַבָּתִּים לַבַּדִּים לַשֵּׁאת וגו׃	*Domus (loci) vectibus. Exo.25.26.*
וְהֹבִאתָ אֶרוֹן הַבַּדִּים בַּטַּבָּעֹת׃	*Introducere vectes in annulis. Exo.25.13.*
וַיָּשֶׂם אֶת הַבַּדִּים עַל הָאָרֹן	*Ponere vectes. Exo.40.20.*
בַּטַּבָּעֹת הָאָרֹן יִהְיוּ הַבַּדִּים	*Vectes eſſe in annulis. Exo.25.14.*
וְעָשִׂיתָ בַדֵּי עֲצֵי שִׁטִּים׃	*Facere vectes ligni. Exo.25.12.*
וְהֹאֲרִיכוּ הַבַּדִּים וַתֵּרֶאינָה רָאשֵׁי הַבַּדִּים׃	*Prolungare vectes, & capita earū videri. 1.Reg.8.8.*
וַיִּשְׂמוּ בַדָּיו׃	*Ponere vectes. Num.4.6.*

Ezechiel eleganter hoc nomen ad ramos māiores vitis tranſtulit cap.17.6. *Et fecit* בַּדִּים *vectes.* Sic cap.19.14. *Et egreſſus eſt ignis ex virga* בַּדֶּיהָ *vectium illius.* Iob verò de foueis, quæ in ſepulchris antiquis fiebāt hinc inde ſepeliēdi gratia, vt uidere licet in Romanis foueis, ornatè dixit, cap.17.16. בַּדֵּי *(Ad) vectes ſepulchri deſcendent.* Et cap.18.13. ad hominis brachia, uel neruos, & oſſa, poeticè tranſtulit. *Deuorabit* בָּדֵי *vectes cutis illius, deuorabit (inquàm)* בַּדָּיו *vectes eius primogenitus mortis.* Vide etiam בְּכוֹר. Quidam בַּדֵּי adiectitium autumant, in בָּדֵי, vt ſit בְּשָׂאוֹל בְּעוֹר, ſed tunc dicendum fuerat בְּדֵי. Et cap. 41.3. *Non tacebo* בַּדָּיו *membra illius.* Aliis mendatia, quod non placet.

Quarto & vltimo loco plurale בַּדִּים aliis mendatia ſignificat; *(Buggie)* mihi verò Aſtrologos iudiciarios, quos uocant, & ſuſcipit affixa, quæ ſunt hęc in Bibliis. בַּדִּים בַּדֶּיךָ בַּדָּיו. Sed & cętera formare poteris, ut ſuperius. *(Aſtrologi, quelli che fanno giuditio da le conſtellationi.)* Dicuntur autem ſic, q̄ ſoli habitent, dū ſtellas contemplantur. Quinq; uicibus tantùm legitur. Eſa.16.6. *Non rectum (ſunt agunt)* בַּדָּיו *eius aſtrologi.* Et 44.25. *Labefactans ſigna* בַּדִּים *aſtrologorum.* Ier.48.29. בַּדָּיו *Aſtrologi eius non rectum egerunt.* Et 50.36. *Gladius ad (ſuper)* הַבַּדִּים *aſtrologos, & fatui reddantur.* Hoſ.11.7. *Et conſummet* בַּדָּיו *aſtrologos eius.* Nota locum. Et quia vt plurimū Aſtrologi mendaces ſunt, ideo & pro mēdatio hoc nomen à Iob ſemel uſurpatum eleganter legimus. cap.11.3. בַּדֶּיךָ *Mendatijs tuis ſilebunt homines.* Hoc aliquibus eſt è radice ברא, quanq̄ non abſurdum eſſet, exponere illud ex ſuperiori ſignificatione, Brachia, quaſi diceret, ob potentiam tuam. Vides quàm æquiuoca ſit hęc dictio, & ob id etiam atq; etiam aduertas, ne decipiaris, præſertim in aliquibus ſcripturæ ſacræ locis, in quibus variè transferri poteſt.

בְּדֵי } Vide paulò inferius, ſuo loco proprio.
בדד }

בְּרָא Verbum Cal actiuum, ex Quieſcentibus Lamed Aleph, quod ſemel legitur in pręterito בָּרָא, & ſemel in pręſenti cum affixo בֹּרְאָם pro בֹּרְאָם, & dubium eſt, quid propriè ſignificet. Effixit, excogitauit, ſed in malum. *(Immaginarſi.)* Aliis eſt Mentiri, mendatium proferre, à quo etiam deriuant בַּדִּים, vt ſuo loco in בַּד dictum eſt. 1.Reg.12.32. *In menſe, quem* בָּרָא *effinxerat (excogitauerat)* è *corde ſuo.* Neh.6.8. *Nam ex corde tuo tu* בּוֹרְאָם *effingis ea.* Nota locos diligentius.

בּוֹדֵד Participium pręſens maſculinum, ex Verbo Cal duplici; quod non legitur in ſcriptura, ſed & hoc tribus uicibus tantùm inuenitur, cętera uerò deriuatiuis efferuntur. Solum ſe reddens. *(Retirarſi ſolo ſoletto, diuenir ſolitario.)* Eſa.14.32. וְאֵין בּוֹדֵד *Nec vllus ſolum ſe reddit in conuentibus eius.* Idem ſeparat ſe ab aliis. Hoſ.8.9. *Onager* בּוֹדֵד *ſolum ſe reddens ſibi.* Pſ.102.8. *Et factus ſum tanquàm auis* בּוֹדֵד *ſolam ſe reddens (che ſi retira ſola) ſuper tecto.* Deriuatiua huius ſunt בַּד בָּדָד בָּדָד.

בָּדָד Nomen formæ maſculinæ, quod tamen ſemper aduerbialiter legitur, & ob id tàm maſculinis, quàm fœmininis nominibus additum inuenitur, & rarum eſt. Solitudo. *(Solitudine, quell'eſſere ſolo.)* Latini commodius non poſſunt transferre, q̄ adiectiuo nomine. Solus, ſola, ſolitarius, ſolitaria. *(Solo, da ſua poſta.)* Leuit. 13.46. בָּדָד *Solitudini (ſolus) manebit.* Thren.1.1. *Quomodo manſit* בָּדָד *ſolitudini (ſola) ciuitas.* Et 3.10. *Sedebit* בָּדָד *ſolitudini, (ſolus) & tacebit.* Ier.15.17. *Ob manum*

tuam בָּדָד *ſolitudini (ſolus) permanſi.* Deut.32.12. *Dominus* בָּדָד *ſolitudini (ſolus) ducebat eum.* Eſa.27.10. *Nam ciuitas munita (erit)* בָּדָד *ſolitudini.* (*Sola.*) In aliis locis habet Lamed prępoſitum. Num.23.9. *Ecce populus* לְבָדָד *ſolitudini (ſolus) habitabit.* Mich.7.13. *Habitans* לְבָדָד *ſolitudini. (Solus.)* Pſal.4.9. *Nam tu Domine* לְבָדָד *ſolitudini (ſolus, vel ſolum) audacter permanere me facies.* Nec alibi fortaſſis inuenitur. Sępius verò abiicit alterum ד, vt in בַּר habes.

בְּרָד Nomen proprium patris Hadadi regis Idumeorum. Bedad. *(Bedado.)* Gen.36.36. *Et regnauit pro eo Hadad filius* בְּרָד *Bedadi.*

בִּרְדִי Aliquibus דִּי eſt ſyllaba adiectitia nihil ferè ſignificans, de qua nos agemus in radice די.

בִּרְיָה Nomen proprium viri ex illis, qui vxorem gentilem duxerant Eſdræ tempore, quas poſtea illius iuſſu repudiarunt. Bediah. *(Bedio.)* Eſd. 10.33. בִּרְיָה *Bedias.*

בַּרְזֶל Nomen formæ maſculinæ, quod ſemel legitur in Bibliis. Diuiſio, ſeparatio. *(Diuiſione, ſpartimento.)* Amos.3.12. *Aut* בַּרְזֶל *diuiſionem auris.* Hebraiſmus pulcherrimus, pro aut auriculam ſeparatan à corpore. Ex hac radice deriuātur. בְּרִיל הִבְרִיל מְבֻרְזָלוֹת נִבְרָזֶל.

בְּרִיל Nomen maſculinum genere, & declinatione cum affixo בְּרִילֵיךְ, quod ſex vicibus ſolū legitur in Bibliis. Cętera tamen ex te formare poteris iuxta canones grammaticales, cum opus erunt. Stannum, forſitan ſic dictum eleganter, q̄ primum fluendo argento ſeparetur. *(Stagno, peltro.)* Num.31.22. אֶת חֲבַרְיל *Stannum, & plumbum.* Ezec. 22.18. *Omnes fuerunt æs,* וּבְרִיל *& ſtannum, &c.* Et ver.20. *Collectio argenti, æris, ferri, plumbi,* וּבְרִיל *& ſtanni.* Et 27.12. *In argento, ferro,* בְּדִיל *ſtanno, &c.* Zac. 4.9. *Et vident lapidem ſtanni in manu Zorobabelis.* Ideſt perpendiculum ex ſtanno. Eſa.1.25. *Et auferam omnia* בְּרִילֵיךְ *ſtanna tua.* Figurata locutione plurale finxit, cōtra regulas generales metallorum.

Nomina metallorum, quę inueniuntur in Bibliis, ſunt hæc. זָהָב aurum, כֶּסֶף argentum, נְחֹשֶׁת, æs, עוֹפֶרֶת plumbum, בַּרְזֶל ferrum, נְחוּשָׁה chalybs, & נְחוּשָׁה æs, quæ ſuis locis diligentius vide.

	Decem conchas eris fecit Salomon. 1. Reg. 7. 38. *Ad lauandum carnes ſacrificij, vt 2. Paralip.* 4. 6. *ibi vide.*
כִּי עֲשָׂה שְׁלֹמֹה כִּיּוֹר נְחֹשֶׁת וגו' :	*Salomon fecit concham eris, &c. 2. Par.* 6. 13. *De hac cõcionatus eſt, quod notes.*

Deriuatiuum huius eſt כִּירַיִם .

כִּירַיִם Nomen duale, quod ſemel legitũr in Biblijs, & dubitatur, qnid propriè ſignificet. Vero ſimile eſt, radicem eſſe כור , & fornacem fabrefactã ex lapide, duo caldaria tantùm capientem ſignificare, locum nempe vbi collocantur duo lebetes. [*Fornello da due pignatte.*] Leuit. 11. 35. *Furnus,* וְכִירַיִם *& fornax deſtruatur.* Expende omnes accuratius.

כ

כּוֹכָב Nomen maſculinum genere, & declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Biblijs כּוֹכָב כּוֹכָבִים כּוֹכְבֵי כּוֹכְבֵיהֶם . ſtella, ſidus, aſtrum. [*Stella.*] Radix eſt propria, & ſi non deſint, qui a ככה per antiphraſin deducant, quaſi lux aut lucerna ſemper lucens, nec extinguatur, quod non placet. Signorum cœleſtiũ nomina, quæ legũtur in Biblijs ſunt hæc. כִּימָה pleiades, כְּסִיל orion, עָשׁ arcturus, כִּיּוּן planetę, נְגָהוֹת planetæ,

הַלְלוּהוּ כָל כּוֹכְבֵי אוֹר :	*Stellas lucis (lucidas) laudare Deũ. Pſal.* 148. 3.
הַקּוֹרֵת יִרַח וְכוֹכָבִים לָאוֹר לַיְלָה :	*Dare ſtatuta lunæ & ſtellarum luci (in lucem) noctis. Ier.* 31. 34.
אֶעֱלֶה מִמַּעַל לְכוֹכְבֵי אֵל :	*Aſcendere ſup ſtellas Dei. Eſa.* 14. 13

כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם : *Stella Dei. (Idoli.) Amos 5.26.*

וְכוֹכָבִים אָסְפוּ נִגְהָם : *Stellas colligere ſplendorem ſuum. Ioel. 2.10.*

בֶּן יַחַד כּוֹכְבֵי בֹקֶר : *Stellas matutinas ouare. (Ideſt, quæ mane adhuc lucent.) Iob. 38.7.*

דָּרַךְ כּוֹכָב מִיַּעֲקֹב : *Stellam incedere ex Iacob. Nume. 24.18. Allusit ad amplitudinem dignitatemq; Meſſiæ, & ad ſtellã in eius natiuitate producendam.*

וּמַצְדִּיקֵי הָרַבִּים כַּכּוֹכָבִים וגו' : *Splendere vt ſtellas, &c. Dan. 12. 3.*

וְהִקְדַּרְתִּי אֶת כּוֹכְבֵיהֶם : *Obſcurare ſtellas. Ezec. 32.7.*

וְהִרְבֵּיתִי אֶת זַרְעֲךָ כְּכוֹכְבֵי הַשָּׁמָיִם : *Multiplicare ſemen ſicut ſtellas cęli. Gen. 22.17.*

לְהַרְבּוֹת אֶת יִשַּׂל כְּכוֹכְבֵי הַשָּׁמָיִם : *Multiplicare aliquem vt ſtellas cęli. 1. Par. 27.23.*

וּבְנֵיהֶם הִרְבֵּיתָ כְּכוֹכְבֵי הַשָּׁמָיִם : *Multiplicare filios ut ſtellas cęli, etc. Nehem. 9.23.*

הִרְבֵּיתָ רוֹכְלַיִךְ מִכּוֹכְבֵי הַשָּׁמָיִם : *Multiplicare mercatores præ ſtellis cœli, &c. Nah. 3.16.*

וְאִם בֵּין כּוֹכָבִים שִׂים קִנֶּךָ : *Ponere nidum inter ſtellas: Abd. 1.4*

וְאֶחָד עָשָׂר כּוֹכָבִים מְ מִשְׁתַּחֲוִים לִי : *Vndecim ſtellæ incuruarunt ſe Ioſepho. Gen. 37.8.*

וְכוֹכָבִים לֹא זַכּוּ בְעֵינָיו : *Stellas non eſſe puras in oculis Dei. Iob. 25.5.*

הַחֹזִים בַּכּוֹכָבִים : *Videre in ſtellas. (Eſt aſtrologorũ.) Eſa 47.13.*

יַחְשְׂכוּ כוֹכְבֵי נִשְׁפּוֹ : *Stellas crepuſculi obſcurari. Iob. 3.9*

וּכְעַד כּוֹכָבִים יַחְתּוֹם : *Obſignare vſque ad ſtellas. Iob. 9.7.*

מֵעֲלוֹת הַשַּׁחַר עַד צֵאת הַכּוֹכָבִים : *Stellas egredi. Neh. 4. 21.*

יִרַח וְכוֹכָבִים אֲשֶׁר כוֹנַנְתָּ : *Apare ſtellas. Pſal. 8.4.*

אֶת הַיָּרֵחַ וְכוֹכָבִים לְ מֶמְשְׁלוֹת בַּלָּיְלָה : *Facere ſtellas dominationi (vt dominentur) in nocte. Pſal. 136. 8.*

מוֹנֶה מִסְפָּר לַכּוֹכָבִים : *Numerare numerũ ſtellis. Pſ. 147.4*

הַכּוֹכָבִים מִמְּסִלּוֹתָם נִלְחָמוּ עִם סִיסְרָא : *Stellas pugnare ex ſemitis ſuis cum aliquo. Iud. 5.20.*

וְסַפֵּר הַכּוֹכָבִים אִם תּוּכַל וגו' : *Numerare ſtellas, &c. Gen. 15.5.*

וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים וגו' וְאֶת הַכּוֹכָבִים : *Facere ſtellas. Gen. 1.16.*

וְרָאִיתָ אֶת הַשֶּׁמֶשׁ וְאֶת הַיָּרֵחַ וְאֶת הַכּוֹכָבִים וגו' : *Videre ſtellas, & adorare eas, &c. Deut. 4.19.*

וְרֹאשׁ כּוֹכָבִים כִּי רָמוּ : *Caput ſtellarum. Iob. 22.12.*

וְהִנְכֶם הַיּוֹם כְּכוֹכְבֵי הַשָּׁמָיִם לָרֹב : *Eſſe vt ſtellas cęli multitudini. (in immenſum.) Deut. 1.10.*

שָׂמוֹ יי' אֱלֹהֶיךָ כְּכוֹכְבֵי הַשָּׁמָיִם לָרֹב : *Ponere vt ſtellas cœli. (In immenſum.) Deut. 10.21.*

כִּי כוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם וְכִסִּילֵיהֶם לֹא יָהֵלּוּ אוֹרָם : *Stellas cœli non micare luce ſua. Eſaias 13.10.*

כְּכָה Aduerbium affirmantis & ſimilitudinis. Sic, ita, ad hunc modum, quaſi diceres כָּזֹה, & meo quidem iudicio ab ipſo זֶה deriuatur, quãuis alijs pœnius radix ſit כך. [*Coſi, a queſto modo, in queſta maniera.*] Exo. 29.25. *Et facies Aharoni & filijs eius* כְּכָה *ſic.* Nume. 11.15. *Et ſi* כְּכָה *ita agis mecum.* Eccleſ. 11.5. כְּכָה *Sic neſcies opus Dei.* 2. Sam. 13.4. *Quare es tu* כְּכָה *ita exhauſtus fili regis?* Et 17.21. *Quia* כָּכָה *ad hunc modum conſuluit contra vos Achitophel.* 2. Paral. 18. 19. *Iſte dicebat* כָּכָה *ſic, & iſte dicebat* כָּכָה *ſic.* Et cum Scin a capite, Pſ. 144. 15. *Beatus populus* שֶׁכָּכָה *cui ita eſt.*

כֹּכָר Nomen fœmininum genere, cum duplici plurali, & duali, quæ ſunt in Biblijs כִּכָּר כִּכְּרֵי כִכָּרַיִם . Planities. Dicitur autẽ in ſcriptura ſacra de terra, [*Campagna, pianura*] de pane, [*Focaccia*] & de metallis tantummodo, talentum ſcilicet, [*Talento, piaſtra.*] nominiſq; ratio ignoratur, quamuis non deſint, qui ad radicem כור reducant ratione ſatis frigida. Quantitas כִּכַּר terræ, & panis ignoratur, Talenti verò duplex erat, prophani videlicet ſexaginta librarum, & ſacri centum viginti, vt quidam autumant. Secundum alios talentum ſacrum conſtabat mille quingentis ſiclis ſacris, arbitranturq;, ſiclum vnciam colonienſem pendere, ſicq; talentum eſſet centum viginti-quinque librarum, quod duodecim mille & tercentis ducatis aureis Venetis conſtare cenſent. Id an verũ ſit alij dijudicent. Ego quidem inuenio Exo. 38.24. *Et fuit aurum dimotionis viginti nouem talenta, & ſeptingenti, & triginta ſicli ſacri. Argentum verò recenſitorum cœtus centũ talenta & mille ſeptingenti & ſeptuaginta quinque ſicli ſacri, &c.* Et ver. 29. *Aes verò dimotionis ſeptuaginta talẽta fuit, & duo mille & quadringenti ſicli.* Ex hiſce locis colligo, talentum ſacrum tria millia ſiclorum ſacrorum cõtinere, qui libras ducentas quinquaginta vel ſaltẽ quadraginta facerent, hoc eſt viginti quatuor mille & ſexcentos aureos, quod notes velim. Recenſitorum verò numerus inuentus eſt ſexcenta tria millia virorũ, quin genti & quinquaginta viri, qui ſinguli dimidium ſiclũ contulerunt. Vide etiam שֶׁקֶל. Quorundam ſententia eſt, quæ non omnino diſplicet, vt כִּכָּר propriè talentum ſignificet, & poſtea per tranſlationem dicatur de orbe panis, & de planicie, quod notes. Loci obſeruãdi.

כִּכַּר לָאָדָן : *Talentum (eſſe ſingulæ) baſi. Exod. 38.27.*

אַנְשֵׁי הַכִּכָּר : *Viri planiciei. Neh. 3. 22.*

וְעַל כָּל פְּנֵי אֶרֶץ הַכִּכָּר : *Terra planiciei. Gen. 19.28.*

וַיִּבְחַר לוֹ לוֹט אֶת כָּל כִּכַּר הַיַּרְדֵּן : *Eligere planiciem Iordanis. Geneſ. 13.11.*

וַיֵּרֶץ אַחֲרֵי דֶּרֶךְ הַכִּכָּר : *Via planiciei. 2. Sam. 18.24.*

וְאֶת הַנֶּגֶב וְאֵת הַכִּכָּר וגו' : *Deus oſtendit Moſi planiciem. Deut. 34.3.*

יָבוֹא לְהִשְׁתַּחֲוֹת לוֹ וגו' וְכִכַּר לָחֶם : *Incuruare ſe alicui (pro) orbe panis. 1. Sam. 2.36.*

כִּכַּר זָהָב טָהוֹר עֲשֵׂה אֹתָהּ : *Talentum auri. Exo. 25.38.*

וַיֵּרֶא אֶת כָּל כִּכַּר הַיַּרְדֵּן וגו' בִּכִּכַּר הַיַּרְדֵּן יְצָקָם הַמֶּלֶךְ : *Planicies Iordanis, &c. Hanc Deus olim igne deuaſtauit. Gen. 13.10 Salomon fudit vaſa templi in planicie Iordanis. 1. Reg. 7.46.*

וּמִן הַכִּכָּר סָבִיבוֹת יְרוּשָׁלָיִם : *Planicies circumcirca Ieruſalem. Neh. 12.28.*

וַיִּקֶן וגו' בְּכִכָּרַיִם כָּסֶף : *Duo talenta argenti. 1. Reg. 16. 26.*

וְכִכַּר לֶחֶם אַחַת : *Orbis panis. Exo. 29. 23.*

כִּי בְעַד אִשָּׁה זוֹנָה עַד כִּכַּר לֶחֶם : *Pro meretrice vſque ad orbẽ panis. Pro. 6.26.*

תְּנוּ נָא כִכָּרוֹת לְחֶם וגו' : *Dare orbes panis. Iud. 8.5.*

וְאֶחָד נָשָׂא שְׁלֹשֶׁת כִּכְּרוֹת לָחֶם : *Ferre tres orbes panis. 1. Sam. 10.4*

וַיְחַלֵּק וגו' לְאִישׁ כִּכַּר לֶחֶם וגו' : *Diuidere vnicuique orbem panis. 1. Par. 16.3.*

הוֹאֵל קַח כִּכְּרַיִם וגו' : *Accipere duo talenta, &c. nota* כִּכְּרַיִם *ſecundum in regimine cum Mem præter normam. 2. Reg. 5.23.*

וּמִשְׁקָלָהּ כִּכַּר זָהָב : *Pondus coronæ eſſe talentum auri. 2. Sam. 12.30.*

וְנָתַן לוֹ כִּכַּר לֶחֶם לַיּוֹם וגו' : *Dare alicui orbem panis quotidie. Iere. 37.21.*

וְלוֹט יֹשֵׁב בְּעָרֵי הַכִּכָּר : *Ciuitates planiciei. Genes. 13.12.*

וְאֵל תַּעֲמֹד בְּכָל הַכִּכָּר : *Non ſtare in planicie. Gen. 19. 17.*

וְהִנֵּה כִכַּר עֹפֶרֶת נְשׂאֵת : *Talentum (orbis) plumbi. Zac. 5.7.*

אוֹ כִכַּר כֶּסֶף תִּשְׁקוֹל : *Ponderare talentum argenti. 1. Reg. 20. 29.*

Nummorum nomina, quæ leguntur in Biblijs ſunt hæc דַּרְכְּמוֹנִים drachmæ, אגורה nummus, גֵּרָה obolus, זָהָב aureum, קְשִׂיטָה nummus, כֶּסֶף denarium, מָנֶה mna, שֶׁקֶל ſiclus.

Sequitur numerus quorundam talentorum de quibus in ſcriptura ſacra fit mentio.

10 וַיְקַח בִּירוֹ עֶשֶׂר כִּכְּרֵי כָסֶף וגו' : *Decem talenta argenti. 2. Reg. 5.5.*

29 וַיְהִי זְהַב הַתְּנוּפָה תֵּשַׁע וְעֶשְׂרִים כִּכָּר וגו' : *Viginti nouem talenta auri, &c. Exo. 38. 24.*

30 וּשְׁלֹשִׁים כִּכַּר זָהָב : *Triginta talenta auri. 2. Reg. 18.14*

70 וְנִהְשֶׁרֶת הַתְּנוּפָה שִׁבְעִים כִּכָּר וגו' : *Septuaginta talenta æris, &c. Exod. 38.29.*

100 וְכֶסֶף פְּקוּדֵי הָעֵדָה מֵאַת כִּכַּר : *Centum talenta argenti, &c. Exod. 38.25.*

120 וּשְׁלֹחַ חִירָם לַמֶּלֶךְ מֵאָה כִּכַּר זָהָב וְעֶשְׂרִים כִּכַּר זָהָב : *Centum & viginti talenta auri. 1. Reg. 9.14.*

300 וַיִּשְׁקֹל וגו' שְׁלוֹשׁ מֵאוֹת כִּכַּר כָּסֶף : *Trecenta talenta argenti. 2. Reg. 18. 14.*

420 וַיִּקְחוּ מִשָּׁם זָהָב אַרְבַּע מְ מֵאוֹת וְעֶשְׂרִים כִּכַּר : *Quadringenta & viginti talenta auri. 1. Reg. 9.28.*

450 וַיִּקְחוּ מִשָּׁם אַרְבַּע מֵאוֹת וַחֲמִשִּׁים כִּכַּר זָהָב : *Quadringẽta & quinquaginta talenta auri. 2. Par. 8. 18.*

600 לְכִכָּרִים שֵׁשׁ מֵאוֹת : *Sexcenta talenta auri. 2. Par. 3.9.*

650 כִּכַּר כִּכָּרִים שֵׁשׁ מֵאוֹת וַחֲמִשִּׁים : *Sexcenta quinquaginta talenta argenti. Eſd. 8.26.*

666 שֵׁשׁ מֵאוֹת שִׁשִּׁים וְשֵׁשׁ כִּכַּר זָהָב : *Sexcenta ſexaginta ſex talenta auri. 1. Reg. 10.14.*

1000 וַיִּתֵּן מִנְחָם לְפוּל אֶלֶף כִּכַּר כָּסֶף : *Mille talenta argenti. 2. Reg. 15.19.*

3000 שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים כִּכְּרֵי זָהָב : *Tria millia talentorum auri. 1. Par. 29. 4.*

5000 זָהָב כִּכָּרִים חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים : *Quinque millia talentorum auri. 1. Par. 29. 7.*

7000 וְשִׁבְעַת אֲלָפִים כֶּסֶף וגו' : *Septem millia talentorum argenti. 1. Par. 29.4.*

10000 וְכֶסֶף כִּכָּרִים עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים : *Decem millia talentorum argenti, 1. Par. 29.7.*

18000 וּנְחֹשֶׁת רִבּוֹ וּשְׁמוֹנַת אֲלָפִים כִּכָּרִים : *Decem & octo millia talentorũ æris. 1. Par. 29.7.*

100000 וְרַבְרֶבֶת מֵאָה אֶלֶף כִּכָּרִים : *Centum millia talentorum ferri. 1. Par. 29. 7.*

100000 זָהָב כִּכְּרֵי מֵאָה אֶלֶף : *Centum millia talentorum auri. 1. Paral. 22. 14.*

1000000 וְכֶסֶף אֶלֶף אֲלָפִים כִּכָּרִים : *Mille millia talentorum argenti. 1. Par. 22. 14.*

Cæterum & in Chaldęo idiomate hoc nomen idem ſignificat, quod legitur in plurali כְּכָרִין . Eſd. 7.22. *Vſque ad argenti* כְּכָרִין *talenta centum.*

ta & frequens. Aliàs כל eſt infinitiuus verbi יכל ſemel, ibi vide. Eſt autem Hebręis ferè ſemper ſubſtantiuum nomen (vt aiunt Grammatici) formæ maſculinæ, quamuis Latinè trãsferatur in adiectiuum, in quo etiã nonnunquàm tranſit, & coniungitur verbis tàm ſingularibus, quàm pluralibus, quæ aliquando genere cũ eo concordant, & aliquãdo cum nomine ab hoc recto. Ponitur eleganter Hyperbolicos pro maxima parte, Satis ornatè huic, vel alteri dictioni in eadem ſententia addit aliqua negatiua particula, & nihil ſignificat. [*Niente.*] Sunt autem hæ dictiones negatiuæ אֵין אַיִן ne non, לֹא לוֹ non, & בְּלִתִּי vt non, & אַיִן non, quæ pulchras admodum efficiũt locutiones. Quid? an nõ & illa pulcherrima locutio eſt, כָּל מְאוּמָה omne nihili? quaſi diceres, ipſiſſimum nihil: nihil inquam penitus. Hæc omnia, quæ diximus pro imitatione obſeruabis, ex hiſce locis, qui ſatis ſuperq́ue erunt, cum vbique obuia ſit dictio.

חרוס וְעַל אֲדוֹם כָּלָא : *Idumęa tota. Ezec. 36. 5. Nonnullis Aleph ſtat loco He* כְּלָה .

לחכ כִּלּוֹ אֹהֵב שֹׁחַד : *Vniuerſitatem alicuius amare munera. Eſa. 1.23.*

חון הֵן כֻּלָּם אָוֶן : *Omnes eſſe peruerſitatẽ. Eſa. 41. 29.*

חין וְלֵךְ אֵין כָּל וגו' : *Totum non (nihil) eſſe alicui. 2. Sam. 12. 3.*

חרץ וְכָל הָאָרֶץ בָּאוּ מִצְרַיְמָה : *Vniuerſitas terræ. (Hoc eſt multitudo maxima.) Gen. 41.57.*

בכורים וְרֵאשִׁית כָּל בִּכּוּרֵי כָל וגו' : *Vniuerſitas primitiuorum omnium, &c. Ezech. 44.30.*

ברך וַיְיָ בֵּרַךְ אֶת אַבְרָהָם בַּכֹּל : *Benedicere in omnibus. Gen. 24.1.*

כת וְשָׁחוּ כָּל בְּנוֹת הַשִּׁיר : *Vniuerſitatem ſiliarum cantici depri mi. Eccleſ. 12.4.*

גוי וְנָהֲרוּ אֵלָיו כָּל הַגּוֹיִם : *Vniuerſitatem gentium confluere. Eſa. 2. 2.*

סכון וְעַל כָּל אֱלוֹהַּ לֹא יָבִין : *Non intelligere ſuper vniuerſitate Dei. (Omni Deo.) Dan. 11. 37.*

סכון וְהַבִּין הַכֹּל : *Aptare omnia. Ezec. 7. 14.*

השחית לְכַלֹּתִי הַשְׁחִית הַכֹּל : *Non corrumpere omnia. (Nihil.) Eſa. 65.9.*

סתגל וְעַל כֹּל יִתְגַּדָּל : *Magnificare ſe ſuper omnibus. Dan. 11. 37.*

חלב כָּל חֵלֶב וְכָל דָּם לֹא תֹאכֵלוּ : *Non edere vniuerſitatem adipis & ſanguinis. Leuit. 3. 17.*

חסר לֹא תַחְסַר כָּל בָּהּ : *Non indigere omnibus. Deut. 8.9.*

חסר חִסַּרְנוּ כֹל : *Indigere omnibus. Ier. 44.17.*

טוב וְכָל טוּב אֲדֹנָיו בְּיָדוֹ : *Vniuerſitatem boni eſſe in manu. Gene. 24.10.*

ילד וְחַטַּת פָּאַרְתִּיו יָלְדוּ כֹל חַיַּת הַשָּׂדֶה : *Vniuerſitatem (beſtias agri. ſ.) parere. &c. Nota. Ezec. 31.6.*

יפה כְּלָךְ יָפָה רַעְיָתִי : *Vniuerſitatem alicuius eſſe pulchrũ. Cant. 4.7.*

יצא כִּי יְרֵא אֱלֹהִים יֵצֵא אֶת כֻּלָּם : *Exire omnes. (Eſt ſuperare.) Eccleſ. 7. 20.*

יתן וְכֹל לוֹ נָתַן בְּיָדוֹ : *Totum (quod) eſt tibi, dare in manu alicuius. Gen. 39.4.*

יצב וְכָבְשׁוּ כָּל גּוֹיִם רַבִּים : *Vniuerſitatem (gẽtes multas. ſ.) manere, &c. Nota. Ezec. 31.6.*

כל הַכֹּל כַּאֲשֶׁר לַכֹּל : *Totum ſicut toto. Eccleſ. 9.2.*

כלי לְתֹלוֹת עָלָיו כָּל כְּלֵי : *Vniuerſitas inſtrumenti. (Quodlibet vas.) Ezec. 13.3.*

מלוא אֵין שׁוֹר בַּיִת הַסֹּחֵר רֹאֶה אֶת כָּל מְאוּמָה וגו' : *Non videre totum nihili, &c. Gene. 39. 23.*

מלוס אִם טַעַם לֶחֶם אוֹ כָל מְאוּמָה : *Guſtare panẽ aut omne alicuius rei. 2. Sam. 2. 35.*

מלכ וְלֹא אֶקַּח אֶת כָּל הַמַּמְלָכָה וגו' : *Non accipere totũ (nihil) regni, &c. 1. Reg. 11.34.*

עוד	כִּי כָל עוֹד נִשְׁמָתִי בִי :	*Vniuersitas adhuc.* [*Ancora in tutto, & per tutto.*) 2. *Sam.* 1. 9.
עת	לְכֹל זְמָן וְעֵת לְכָל חֵפֶץ :	*Omnibus esse tempus, & tempus esse vniuersitati volũtatis. Eccl.* 3. 1
קרח	הַזְנָבְלֶם קְרָחִי אֵשׁ :	*Vniuersitatem (maximam partem) aliquorum accendere ignem. Esa.* 50. 11.
קצב	קֶצֶב אֶחָד לַכְּלָהֳנָה :	*Incisionem vnam esse omnibus . 1. Reg.* 7. 37.
רוח	וְכָל רוּחַ אֵין בְּקִרְבּוֹ :	*Vniuersitatem spiritus non esse in aliquo. (Nihil animi.) Abac.* 2. 19.

Cæterum & in Chaldaico sermone eadem est hęc dictio, quæ in Biblijs habet has voces כל כל כְּלָא או כְּלָא *Omne è regione, &c.* Vide כבל . Dan. 2. 12. כָּל קֳבֵל כְּלָהֵין Et 2. 35. וכל *Et omnis locus non est inuentus eis. (Nullus locus.)* Esd. 5. 8. *Pax* כְּלָא *tota.*

Radix est כלל , & illic habentur eius compositа.

כֵּל Verbum Cal Syriacum, quod bis legitur in prę terito cum Aleph super addito אֲכָלוּ , quãuis aliquibus radix sit אכל , ibi vide. Clamauit, prędicauit. [*Dire, predicare à voce alta.*] Dan. 3. 8. וַאֲכָלוּ *Et prædicabant excisiones Iudæorum.* Et 6. 24. *Qui* אֲכָלוּ *prædicarũt excisiones Danielis.* Vide קרצין , & expende locos & omnes accuratius. Radix vel propria, vel כלל .

כְּלִי Require inferius, suo loco proprio.

כלל Omnia duplicata habentur inferius, suo loco proprio.

כלא Vide superius in כל , ex quo fit צָלָא cum Aleph paragogico.

כלא Verbum Cal actiuum, ex quiescentibus Lamed Aleph, suscipiens affixa, sic flectitur in Biblijs .

כָּלְאתִי כָּלְאוּ / כָּלְאָה כָּלְאוּ או כָּלוּ / כָּלִיתָנִי	Præteritum.	
כָּלוּא או כָּלֵא	Part. pass.	
אֶכְלָא תִּכְלֶא יִכְלֶה / תִּכְלְאִי	Futurum.	
כְּלָאֵם	Imperat.	
לְכָלוֹא	Infinitiuus .	

Cætera cautè formabis ad horum regulas, cũ opus erunt, vel ex synonimis desumes, quæ vide in מָנַע . Aliquando deficit Aleph, & flectitur vt כָּלָה , sicut è contrario ex illo quædam voces assumunt Aleph loco He: ibi vide. Cohibuit, coercuit, retinuit, quouis modo prohibuit, vetuit: cohibemus etenim aliquem vel verbis solùm increpando, vel actu retinendo, vel etiam includendo, quod notes velim. [*Ritenere, vietare.*] Inuenitur in sequentibus locis tantummodo.

תרץ	וְהָאָרֶץ כָּלְאָה יְבוּלָהּ :	*Terrã retinere fructũ suũ. Agg.* 1. 10
כוא	אֲשֶׁר כִּלְתָנִי הַיּוֹם הַזֶּה מִבּוֹא בְּדָמִים :	*Retinere aliquem, ne veniat in sanguinem. 1. Sam.* 25. 33.
כית	אֵת בְּנֵיהֶם כָּלוּא בַּבַּיִת :	*Cohibere filios in domo. 1. Sam.* 6. 10
תכל	וּדְמֵיהוּ תְּנָבִיא חָיָה כָּלוּא בְּחַצַר הַמַּטָּרָה :	*Aliquem esse inclusum in atrio custodiæ. Iere.* 32. 2.
יכא	כָּלֵא וְלֹא אֵצֵא :	*Ponere aliquem inclusum, nec egredi. Psal.* 88. 9.
כלא	אַדְנִי מֹשֶׁה כְּלָאֵם :	*Prohibere aliquem. Num.* 11. 28.
כלא	אֲשֶׁר כְּלָאוֹ צְדָקָיָהוּ וגו' :	*Cohibere (includere) aliquem . Iere.* 32. 3.
קכר	אִישׁ מֻמָּנוּ אֶרֶז קִבְרוֹ לֹא יִכָּלֵה מִמֶּנּוּ :	*Non prohibere sepulchrum ab aliquo. Gen.* 23. 6.
רגל	מִכָּל אֹרַח רָע כָּלֵאתִי רַגְלָי :	*Prohibere pedes a via mala . Psal.* 119. 101.

רוח	לְכַלְּאוֹ אֶת הָרוּחַ :	*Cohibere spiritum . (Ventum.) Eccles.* 8. 8.
חסד	אַתָּה יי לֹא תִכְלָא רַחֲמֶיךָ מִמֶּנִּי :	*Non cohibere misericordias ab aliquo. Psal.* 40. 12.
גשם	עַל כֵּן עֲלֵיכֶם כָּלְאוּ שָׁמַיִם מִטָּל :	*Retinere cœlos a rore. Agg.* 1. 10.
שפה	הִנֵּה שִׂפְתִי לֹא אֶכְלָא :	*Non cohibere labia. Psal.* 40. 10.
ימין	וּלְתֵימָן אַל תִּכְלָאִי :	*Dicere austro, ne retineas. Esa.* 43. 6

Deriuatiua huius sunt כֹּלֶא כֶּלֶא כְּלוּא או כְּלוּאִים מִכְלָה נכלא :

כלא Verbum Pihel actiuum, ex quiescentibus Lamed Aleph, quod bis legitur in scriptura sacra, semel in imperatiuo cum He loco Aleph כַּלֵּה , & semel in infinitiuo לְכַלֵּא hæc deducant. Cohibuit, adhibita diligenti opera retinuit; auget enim nonnihil sensum a suo Cal. Ps. 74. 11. *E medio sinus tui* כַּלֵּה *prohibe.* Hoc est, manum in sinu ne retineas, sed educito ad vlciscẽdum nos. Dan. 9. 25. לְכַלֵּא *Ad cohibendam præuaricationẽ.* Expende oẽs accuratius.

כֶּלֶא Nomen masculinum genere, & declinatione כְּלָאִים , & suscipiens affixa כִּלְאֵי . Inclusio, cohibitio. [*Ritegno, prohibitione.*] Cellæ nomen affine videtur, & si aliter sumatur. Ferè semper additum est nomini בַּיִת , & carcerem significat. Decem vicibus tantummodo reperitur.

עד	וְשִׁנָּא אֶת בִּגְדֵי כִלְאוֹ :	*Mutare vestimenta cohibitionis . [Della prigionia.] 2. Reg.* 25. 29 *Iere.* 52. 32.
בית	שִׂימוּ אֶת זֶה בֵּית הַכֶּלֶא :	*Ponere aliquem (in) domo cohibitionis . 1. Reg.* 22. 27. 2. *Par.* 18. 26.
בית	וְיַאַכְרֵהוּ בֵּית כֶּלֶא :	*Vincire aliquem (in) domo cohibitionis. 2. Reg.* 17. 4.
בית	נְשָׂא וגו' בְּבֵית כֶּלֶא :	*Leuare caput alicuius è domo cohibitionis. 2. Reg.* 25. 27.
בית	מִבֵּית כֶּלֶא יֹשְׁבֵי חֹשֶׁךְ :	*Educere de domo cohibitionis sessorum tenebrarum. Esa.* 42. 7.
בית	וּבְבָתֵּי כְלָאִים הֶחְבִּיא :	*Abscondi in domibus cohibitionum, Esa.* 42. 22.
בית	כִּי אֹתוֹ עָשׂוּ לְבֵית הַכֶּלֶא :	*Facere domum aliquam domui (in domum) cohibitionis. Ier.* 37. 15.
בית ה	כִּי נָתַתָּם אֹתִי אֶל בֵּית הַכֶּלֶא :	*Dare (ponere) aliquem ad (in) domũ cohibitionis. Ier.* 37. 18.

כלוא Nomen formæ masculinæ, quod bis legitur in scriptura sacra cũ Vau Surec ab Hebræis hodiernis ex Masarah, & si constanter scribatur cũ Iod כְּלִיא , quasi Vau decurtatum sit ob aliquod mysteriũ. Cohibitio, inclusio. [*Ritegno.*] Idem est cum superiori. Ier. 37. 4. *Nec dederunt eum (posuerunt in)* בֵּית הַכְּלוֹא *in domo cohibitionis.* Et 52. 30. *Eduxitque eum* מִבֵּית הַכְּלִיא *ex domo cohibitionis .*

כִּלְאָב Nomen propriũ filij Dauidis ex Abigail, quem דָּנִיֵּאל esse nonnulli suspicantur. Cilab. [*Cilabo.*] 2. Sam. 3. 3. *Et secũdus eius* כִּלְאָב *Cilabus, &c.* Quidam censent, sic dictum fuisse, quasi כִּלְיוֹ אָב , quòd patris similitudinem optimè exprimeret.

כִּלְאַיִם Nomen dualis numeri vim aduerbij habens. Mixtim, duarum rerum diuersarum mixtura, vt puta frumenti & hordei seminatio, equi & asinæ coitio, vestimentum ex lino & lana confectum, & id genus, quòd huiusmodi mixtura heterogeneorũ sit prohibita, vt nomen sonare videtur, vel potius quòd vtriusque rei sit cohibitio, quasi diceres, duarum rerũ inuicem retentio. Latini carent nomine correspõdente. [*Ritegno di due cose trase, mistura.*] Leuit. 19. 19. *Animal tuum non coire facias* כִּלְאַיִם *mixtim, agrum tuum nõ seminabis* כִּלְאַיִם *mixtim, nec vestis* כִּלְאַיִם *mixtim contexta ex lana, & lino ascendet super te.* Deut. 22. 9. *Non seminabis vineam tuam* כִּלְאַיִם *mixtim.* Alibi non inuenitur. Expende omnes accuratius. Radix est כלא .

כֶּלֶב Nomen masculinum genere & declinatione, suscipiẽs affixa, quæ sunt in Biblijs כֶּלֶב כְּלָבִים כַּלְבֵּי כַּלְבֵּיךָ . Canis, aĩal notum, sed ratio nominis ignoratur, quamuis nonnulli dictum putent a vilitate & cõtemptu, qui nomini כֶּבֶל affine faciunt. [*Cane.*] Loci notandi.

חזק	מַחֲזִיק בְּאָזְנֵי כֶלֶב :	*Appræhendere (in) auribus canis . (Canem.) Prouer.* 26. 17.
אכל	הַמֵּת לָיַרְכָּעַם בָּעִיר יֹאכְלוּ הַכְּלָבִים וגו' :	*Canes edere mortuum, &c. 1. Reg.* 14. 11.
אכל	יֹאכְלוּ הַכְּלָבִים אֶת בְּשַׂר אִיזֶבֶל :	*Canes edere carnem alicuius. 2. Reg.* 9. 36.
נבח	כְּלָבִים אִלְּמִים וגו' :	*Canes muti nõ potentes latrare, &c. Esa.* 56. 10.
המה	יֶהֱמוּ כַכָּלֶב :	*Tumultuari vt canem. Psal.* 59. 7.
הפליך	לְכֶלֶב תַּשְׁלִכוּן אֹתוֹ :	*Proijcere cani. Exo.* 22. 30.
סמית	לָשִׁית עִם כַּלְבֵי צֹאנִי :	*Ponere cũ canibus gregis. Iob.* 30. 1
תי	כִּי לְכֶלֶב חַי הוּא טוֹב מִן הָאַרְיֵה הַמֵּת :	*Canis viuus. Eccles.* 9. 4.
חרץ	לֹא יֶחֱרַץ כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ :	*Canem non mouere linguã. Exo.* 11. 7
יד	מִיַּד כֶּלֶב יְחִידָתִי :	*Eripere de manu canis vnicã . Psal.* 22. 21. (*Fortasse cerberũ innuit, de quo & Poetæ gentiles.*
כלב	הֲכֶלֶב אָנֹכִי :	*Aliquẽ dicere, num canis ego sum ?* 1. *Sam.* 17. 44.
לקק	כַּאֲשֶׁר יָלֹק הַכֶּלֶב :	*Canem lambere. Iud.* 7. 5.
לקק	אֲשֶׁר לָקְקוּ הַכְּלָבִים אֶת דָּם נָבוֹת וגו' :	*Canes lambere sanguinem . 1. Reg.* 21. 19.
לשון	לְשׁוֹן כֶּלֶבְיךָ :	*Lingua canum. Psal.* 68. 24.
מות	אַחֲרֵי כֶלֶב מֵת וגו' :	*Persequi post canem mortuum . 1. Sam.* 24. 15.
מות	כִּי פָּנִיתָ אֶל הַכֶּלֶב הַמֵּת וגו'	*Respicere ad canem mortuum, &c. 2. Sam.* 9. 8.
מות	לְמָה יְקַלֵּל הַכֶּלֶב הַמֵּת אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ וגו' :	*Aliquem canem mortuum maledicere, &c. 2. Sam.* 16. 9.
מחיר	לֹא תָבִיא אֶתְנַן זוֹנָה וּמְחִיר כֶּלֶב וגו' :	*Non adducere pretium canis, &c. Deut.* 23. 19.
סבב	כִּי סַבָּבוּנִי כְלָבִים :	*Canes circundare aliquẽ. Ps.* 22. 17.
סחב	וְאֶת הַכְּלָבִים לִסְחֹב :	*Præficere canes super aliquem ad raptandum. Ier.* 15. 3.
עוז	וְהַכְּלָבִים עַזֵּי נֶפֶשׁ וגו' :	*Canes fortes anima nescire satietatem. Esa.* 56. 11.
ערף	זוֹבֵחַ חֲשׂה עֹרֵף כֶּלֶב :	*Deceruicare canem. Esa.* 66. 3.
ראש	וַיֹּאמֶר הֲרֹאשׁ כֶּלֶב אָנֹכִי וגו' :	*Aliquem dicere, nũ caput canis ego sum? &c. 2. Sam.* 3. 8.
שוב	כְּכֶלֶב שָׁב עַל קֵאוֹ :	*Canem redire super vomitu suo. Prouer.* 26. 11.

Deriuatiua hui' sũt. כְּלוּב כֶּלֶב כִּלְאָב כִּלְאַבִּי כִּלְיוֹ כִּלְיוֹנִי .

כְּלוּב Nomen formæ masculinæ, quod ter legitur in Biblijs, nec satis certum est, quid propriè significet. Canistrum & caueam omnes ferè interpretati sunt, absq; vlla nominis ratione: & impropriè quidam cortem dicunt a foraminibus dictam, vt cõueniat cum כֶּבֶל , vel a vilitate. Et quidem ex locorum sententia videtur canistrum significare, sed videas quàm belle conueniant in etymologia canis & canistrum. [*Cesto, canestro.*] Vide סַל . Ier. 5. 28. כְּכְלוּב *Sicut canistrum plenũ auibus.* Amos 8. 1. *Et ecce* כְּלוּב *canistrum æstatis.* Et ver. 2. *Et dixi,* כְּלוּב *canistrum æstatis .* Hoc est, vt omnes exponunt, plenum fructibus æstiuis. Expende locos & omnes accuratius, nam mihi non satisfaciunt.

Aliàs est nomen propriũ viri ex tribu Iudæ. Celub. [*Celubo.*] 1. Par. 4. 11. וכלוב *Et Celubus frater Sohæ, &c.* Fuit alter Celubus de quo 1. Par. 27. 26. *Ezri filius* כְּלוּבִי *Celubi .*

כָּלֵב Nomen proprium viri ex tribu Iudæ filij Iephunæ, qui & קְנִיזִּי , quòd vitricum קְנַז haberet, dicebatur; ibi vide. Caleb. [*Calebo.*] Hic cum Iosue terram promissionis ingressus est, & de eo satis frequens mentio fit in Biblijs. Num. 13. 6. *Pro tribu Iudæ* כָּלֵב *Calebus filius Iephunæ.* Iud. 1. 12. *Et ait* כָּלֵב *Calebus, &c.* ibi vide omnia. Ios. 14. 6. *Et ait ad eum* כָּלֵב *Calebus filius Iephunæ Cenizæus, &c.* Vide etiam hic omnia. Hunc nonnulli censent, esse כְּלוּבִי , de quo mox dicemus, & 1. Par. 2. 17. dici כָּלֵב Caleb filium Hezron, quod an verùm sit, alij viderint. Eodẽ capite ver. 49. videtur fuisse alium Calebum filium Huri, quamuis hi, qui putant, vnicum Calebum extitisse sic exponant. *Hi fuerunt filij Caleb: filius (eius) Hur, &c.* Totum caput diligentius expendes, & videas velim, an potius fuerint tres Calebi, prior filius Iephunæ, vt diximus, secũdus filius Hezron, qui & Celubaius, tertius denique filius Hur. Omnes nihilominus ex tribu Iudæ orti sunt. Ponitur aliquando pro regione, quam incolebant huius nepotes, vt 1. Sam. 30. 14. *Et super (ad) meridiem* כָּלֵב *Calebi .*

כָּלֵב אֶפְרָתָה Nomen propriũ loci, quicquid dicãt cæteri, in tribu Iudæ forsitan. Caleb ephratha. [*Calebefrata.*] 1. Paral. 2. 23. *Et post mortem Hezronis* בְּכָלֵב אֶפְרָתָה *in Caleb ephrata.* Compositum est ex כָּלֵב & אֶפְרָת .

כִּלְבִּי } Primum scribitur in textu, secundum verò
כִּלְבִי } legitur ab Hebræis hodiernis ex Masarah, quasi illud Vau sit Iod protractum, ob aliquod mysterium forsitan. Est autem nomen gentile masculinum genere. Calibęus. [*Huomo della schiatta di Calebe.*] 1. Sam. 25. 3. *Et is erat* כִּלְבִי *Calibęus.* כֶּלֶב verò esset a לֵב , idest, & hic erat sicut cor ipsius. Hoc est, mala, quæ corde conceperat, etiam opere adimplebat. Radix est כלב .

כִּלְבִי Nomen proprium filij Hezron; qui & כֶּלֶב . Celubai. [*Celubaio.*] 1. Par. 2. 8. וְאֶת כְּלוּבַי *Et Celubaium.* Radix est כלב .

כָּלָה Verbum Cal neutrum, ex quiescentibus Lamed He, sic flectitur in Biblijs.

כָּלִיתִי / כָּלְתָה / כָּלוּ כָּלְיוּ כָּלְיהֶם כָּלִינוּ	Præteritum.	
יִכְלֶה יִכְלוּ / תִּכְלֶה תִּכְלֶנָה / יִכְלְיוּן / תִּכְלֶינָה	Futurum.	
כְּלוֹת כְּכַלּוֹת כְּכַלּוֹת לְכַלּוֹת כְּכַלּוֹתוֹ	Infinitiuus.	

Cætera ex te formabis iuxta regulas grãmaticales, cum opus erunt, exceptis participijs. Quædam voces huius sunt etiam a כלא , ibi vide. כָּלָה & תִּכְלָה sunt etiã nomina, vt suo loco habes. Finitum est, finem habuit, & dicitur de quocunq; fine, siue absolutionem rei, hoc est absolui, siue defectionem omnimodam, idest deficere, intelligas, quod facilè ex ipsa verborum sentẽtia cognoscitur. [*Fornirsi, cõpirsi, venir al fine.*] Synonima primæ significationis vide in שָׁלַם , secũdæ verò sunt נכחד , נשמד פּס חמם , quæ suis locis accuratius inspice. Efficit Hebraismos elegãtiarum plenos, & varia dicendi schemata pulcherrima, sicut in sequentibus,

חכלית כל אלה :	*Omnia hæc absolui. Dan.* 12. 7.
כי כלינו באפך :	*Deficere (in) furore alicui". Ps.* 90. 7

	tè.) 2.Par.12.12.	
נתך	וְעַד כְּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל שׁוֹמֵם :	*Consumptionem & decisionem fundi super aliquid.Dan.9.28.*
עין	וְעֵינֶיךָ רֹאוֹת וְכִלּוֹת אֲלֵיהֶם :	*Oculi deficientes alicui rei (propter aliquid.)Deut.28.32.*
עם	כִּי כְלָה הִיא מֵעִם אָבִיו :	*Consumptionem esse de cum aliquo. 1.Sam.20.32.*
עפה	הַכִּעֲקָתָה הֲבָאָה אֵלַי עָשׂוֹ כְּלָה :	*Facere consumptionem. Locus diluci dandus.Gen.18.21.*
עפס	לֹא עָשִׂיתֶם כָּלָה :	*Facere aliquos consumptionem.Nehem.9.31.*
עפה	כִּי כָלָה וְנֶחֱרָצָה וגו' :	*Facere consumptionem & decisionē in medio terræ.Esa.10.23.*
עפה	וְכִלָּה לֹא אֶעֱשֶׂה :	*Non facere consumptionē.Ier.4.27*
עפה	וּבְשִׁטֵּף עֹבֵר כָּלָה יַעֲשֶׂה מְקוֹמָהּ :	*Facere cōsumptionem locum (in) inundatione transeunte. Nah.1.8.*
עפע	כִּי כָלָה וְנֶחֱרָצָה שָׁמַעְתִּי וגו'	*Audire consumptionem & decisionem a Domino.Esa.28.23.*

כָּלָה Nomen fœmininum genere,& declinatione, ſuſcipiens affixa,quæ ſunt in Biblijs כַּלָּתְךָ כַּלָּתוֹ כַּלְּתִי כַּלָּתְכֶם כַּלָּתוֹ כַּלָּתִי כַּלָּתָהּ כַּלָּתָם כַּלּוֹתֵיכֶם כַּלּוֹתָיו כַּלּוֹתֶיהָ כַּלּוֹתֵיהֶם כַּלּוֹתֵינוּ כַּלּוֹתֵיהֶן . Sponſa,ſic dicta, quia tũc temporis perfectè abſolutèq; ornatur, quaſi abſolutã diceres,vel a כלל , vt omnes aſſerunt,vel a כלה , & refertur tàm ad maritũ, quàm ad parentes ſponſi, ſicut etiã vulgò dici ſolitum eſt.Latinè Nurus. [*Spoſa,nuora.*]Loci aliquot propter ſermonis elegantiam obſeruandi.

חמד	כִּי כַלָּתְךָ אֲשֶׁר אֲהֵבַתְךָ וגו'	*Nurum amare(ſocrum,)&c. Ruth. 4.15.*
חמר	וַיֹּאמֶר יְהוּדָה לְתָמָר כַּלָּתוֹ וגו' :	*Dicere Nurui ſuæ.Gen.38.11.*
גלה	עֶרְוַת כַּלָּתְךָ לֹא תְגַלֶּה :	*Non reuelare nuditatem nurus. Leuit.18.15.* (10,
דוד	מָה יָּפוּ דֹדַיִךְ אֲחֹתִי כַלָּה :	*Amores ſponſæ decoros eſſe. Can.4.*
הרס	וְכַלָּתוֹ אֲשֶׁר פִּרְחָה הָרָה לָלָת :	*Nurum eſſe grauidam. 1.Sam.4.19*
זנה	וְהִנֵּה תָמָר כַּלָּתְךָ זָנָתָה וגו :	*Nurum fornicari.Gen.38.24.*
חמת	בֶּרֶשׁ קָדַּד בְּאֶבֶר כַּלָּה בָּחֳמָה :	*Nurum ſurgere in ſocrum. Mich. 7.6.*
חופ	יֵצֵא חָתָן מֵחֻפָּתוֹ וְכַלָּה מֵחֻפָּתָהּ :	*Sponſã egredi de thalamo,Ioel.2.16.*
טמא	וְאִשׁ אֶת כַּלָּתוֹ טִמֵּא בַּזְּמָה :	*Polluere nurum.Ezec.22.11.*
ידע	כִּי לֹא יָדַע כִּי כַלָּתוֹ הִוא :	*Neſcire, quòd aliqua ſit nurus tua, Gen.38.16.*
ילד	וְתֵּלֶד כַּלְּתוֹ יָלְדָה לוֹ וגו' :	*Nurum gignire, &c.1.Par.2.4.*
לבב	לְבַבְתִּינִי אֲחֹתִי כַלָּה :	*Sororem ſponſam excordiare aliquē, Cant.4.9.*
משוש	וּמְשׂוש חָתָן עַל כַּלָּה יָשׂוש עָלַיִךְ אֱלֹהָיִךְ :	*Gaudium ſponſi ſuper ſponſa. Eſaias 62.5.*
נאף	וְכַלּוֹתֵיכֶם תְּנָאַפְנָה :	*Nurus (ſponſas) adulterari.Hof.4.13*
ערס	וְכִכְלָה תַּעֲרֶה כֵּלֶיהָ :	*Sponſam ornari inſtrumentis ſuis. Eſa.61.10.*
קול	וְהִשְׁבַּתִּי וגו' קוֹל חָתָן וְקוֹל כַּלָּה :	*Ceſſare facere vocem ſponſi & vocē ſponſæ.Ier.7.36.*
קשר	וְהִקְשַׁרְתָּם כַּכֵּלָה :	*Ligare aliquid (ſuper ſe)vt (ſolet) ſponſa.Eſa.49.18.*
קשר	כַּלָּה קְשָׁרֶיהָ :	*Sponſam obliuiſci ligaminum ſuorũ. Ierc.2.31.*
שכב	וְאִישׁ אֲשֶׁר יִשְׁכַּב אֶת כַּלָּתוֹ :	*Cubare cum nuru ſua. Leuit.20.12.*
שפת	נֹפֶת תִּטֹּפְנָה שִׂפְתוֹתַיִךְ כַּלָּה אֲחוֹתִי כַּלָּה :	*Labia ſponſæ ſtillare fauum . Cant. 4.11.*

כְּלוּחִי Nomen proprium viri,qui vxori alienigenæ libellum repudij tradidit . Celuhi. [*Celuho.*]Eſd.10.34. כְּלוּהִי *Celuhus* . Hebræi hodierni legũt כְּלוּחִי ex Maſarah , quaſi illud Iod ſit Vau decurtatũ ob aliquod myſterium forſitan. Radix fortaſsis eſt כלה .

כלח

יום	וַיִּכְלוּ בַהֶבֶל יְמֵיהֶם :	*Finire dies alicuius (in) vanitate. Pſal.78.33.*
יום	וַיִּכְלוּ אֶת הַיָּמִים :	*Finire dies.Exec.43.27.*
יכל	לֹא תוּכַל כָּלְתָּם מֵהֵד :	*Nō poſſe cōſumere citò.Deut.7.22*
ימן	וַיַּמֵּךְ מִקֶּרֶב חָזְקָךְ כַּלֵּה :	*Finire dexteram è medio ſinus.Pſal. 74.11.Vide* כלא .
יצא	וְתִכְלֶה דָוִד הַמֶּלֶךְ לָצֵאת וגו' :	*Finire ad egrediēdum,&c. Locus dilucidandus.2.Sam.13.38. Thau errore poſitum eſt, vel ſubintelligitur aliquid fœmininum.*
כוח	לְתֹהוּ וְהֶבֶל כֹּחִי כִלִּיתִי :	*Conſumere vim vanitati. (Fruſtrà.) Eſa.49.4.*
כל	וַיִּכְלוּ בַּכֹּל :	*Perficere in omnibus.Eſd.10.17.*
כתב	כִּכְלוֹת מֹשֶׁה לִכְתֹּב וגו' :	*Finire ad ſcribendum.Deut.31.24.*
מדד	וּכְלֵה אֶת מִדּוֹת הַבַּיִת :	*Finire mēſuras domus. Exec.42.15.*
מלאכה	וַיְכַל אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מְלַאכְתּוֹ :	*Abſoluere operam.Gen 2.2.*
מעשה	כִּלּוּ מַעֲשֵׂיכֶם וגו' :	*Abſoluere opera. Exo.5.13.*
נחל	וַיִּכְלוּ לִנְחֹל אֶת הָאָרֶץ :	*Perficere ad poſſidēdum.Ioſ.19.49*
נתן	וְכִכְלוֹת נָפֵץ יַד עַם וגו' :	*Finire diſpergere(diſperſionem)&c. Dan.12.7.*
נפש	מְכַלֵּה עֵינַיִם וְעַד בָּשָׂר יְכַלֶּה :	*Conſumere gloriam ab anima vſque ad carnem.Eſa.10.18.*
סעף	וְכִלָּה סְעִיפָיו :	*Finire ramos.Eſa.27.10.*
עין	מְכַלּוֹת עֵינַיִם וגו' :	*(Ægritudines) conſumere oculos, &c.Leuit.26.16.*
עין	לְכַלּוֹת אֶת עֵינֶיךָ וגו' :	*Conſumere oculos,&c.1.Sam.2.33*
עין	וְעֵינַי אִלְּמְנָה אֲכָלָה :	*Conſumere oculos viduæ. Iob.31.16*
עין	וְכִלַּתִּי אֶת עֵצָיו וְאֶת אֲבָנָיו	*Deuotionem conſumere domum, & ligna, & lapides. Zach.5.4.*
פתח	לֹא תְכַלֶּה פְּאַת שָׂדְךָ לְקָצֹר :	*Non finire angulum agri ad metendum.Leuit.19.9.*
פעע	לְכַלֹּא הַפָּשַׁע :	*Finire prævaricationem.Dan.9.25, Vide* כלא .
קנה	וַיִּכָּל יַעֲקֹב לָצוּת אֶת בָּנָיו :	*Finire ad præcipiendum.Gen.49.33*
קנא	וְלֹא כִלִּיתִי אֶרֶת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בְּקִנְאָתִי :	*Non conſumere aliquid in zelo. Nume.25.11.*
קצר	עַד אֲשֶׁר כִּלּוּ אֶת כָּל הַקָּצִיר :	*Abſoluere meſſem.Ruth.2.21.*
קרא	וְהָיָה כְּכַלֹּתְךָ לִקְרֹא אֶת הַסֵּפֶר הַזֶּה :	*Perficere ad legendum librum.Iere. 51.63.*
רעה	קֶרֶץ שִׂפְתֵי כְלָה רָעָה :	*Abſoluere malum.Pro.16.30.*
רעב	וְכִלָּה הָרָעָב אֶת הָאָרֶץ :	*Famē conſumere terram.Gen.41.30*
שנה	כִּלְיוֹנֵינוּ כְּמוֹ הֶגֶה :	*Finire annos. Pſal.90.9.*
שקט	כִּי לֹא יִשְׁקוֹט הָאִישׁ כִּי אִם כִּלָּה וגו' :	*Nō quieſcere,donec abſolueris,&c. Ruth.3.19.*
תלונת	וּתְצַל תְּלוּנֹתָם מֵעָלַי :	*Finire murmurationes. Num.17.25*
תם	חָם וְרָשָׁע הוּא מְכַלֶּה :	*Conſumere integrum, & iniuſtum. Iob.9.22.*

כָּלָה Verbum Pohal ſuperioris paſsiuũ , quod bis legitur in ſcriptura ſacra , ſemel in præterito כָּלָא , & ſemel in futuro יִכְלֶה , cætera nihilominus formare non abſurdum fuerit iuxta regulas grammaticales,cum opus erunt.Abſolutus,perfectus fuit. [*Fù compito,finito.*]Pſal.72.20. כָּלוּ *Abſolutæ ſunt orationes Dauidis.* Quidam legunt כָּלוּ ex Cal,quòd ferè idem eſt. Gene.2.1. וַיְכֻלּוּ *Et perfecti ſunt cęli,& terra,&c.*

כָּלָה Eſt verbum Cal, vt paulò ſuperius habes. Aliàs verò eſt nomen fœmininum genere, & declinatione כַּלּוֹת . Finis quilibet , vt in Cal diximus, abſolutio,conſumatio,conſumptio. [*Fine, compimento, finimento,deſtruttione.*]Semel eſt Toar in plurali . Deficientes [*che finiſcono.*] Loci obſeruandi.

גרש	כָּלֹה גָּרֵשׁ וְגָרֵשׁ אֶתְכֶם מִזֶּה	*Eijcere abſolutione . (Abſolutè .) Exod.11.1.*
סמית	וְלֹא לְהַשְׁחִית לְכָלָה :	*Non deſtruere abſolutioni. (Abſolu*

כלה

	כְּלֵה כְּלִיתָ כְּלִיתִי כְּלִיתָ כְּלִיתִי כְּלִיתָה כְּלִיתָם כְּלִיתֶם כְּלִיתֶן כְּלִיתִינוּ כְּלִיתִיךְ כְּלִיתָם (כְּלִיתֶם)	Præteritum.
	כְּלֵה כְּלִיתָה כְּלִיתֶם כְּלִיתֶן כְּלִינוּ כְּלִינִי כְּלוּם	
	מְכַלֶּה מְכַלּוֹת	Part. præſ.
	אֲכַלֶּה תְּכַלֶּה תִּכְלֶה נְכַלֶּה תְּכַלּוּ תִּכְלֶינָה יְכַלֶּה תְּכַלֶּה תִּכְלֶינָה נְכַלֶּה תְּכַלּוּ יְכַלּוּ תִּכְלֶינָה (תְּכַלֶּינָה) יְכַלֶּה תְּכַלֶּה תִּכְלֶינָה נְכַלֶּה תְּכַלּוּ יְכַלּוּ תִּכְלֶינָה (תְּכַלֶּינָה)	Futurum.
	כַּלֵּה כַּלְנָה כַּלּוּ	Imperat.
	כַּלּוֹת כַּלֵּה לֹא כַלּוֹת לְכַלֵּה לְכַלּוֹתִי כַּלּוֹתְךָ כַּלּוֹתוֹ כַּלּוֹתָהּ כַּלּוֹתֵנוּ כַּלּוֹתְכֶם כַּלּוֹתָם כַּלּוֹתְכֶן כַּלּוֹתָן	Infinitiuus.

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales,cum opus erunt,excepto Pahul. Quædam huius voces formantur etiam a Pihel כלא , ibi vide . Finiuit, & de quocunq; fine dicitur,vt in Cal habes;abſoluit,perfecit,conſumpſit. [*Finire compire, dar fine ad alcuna coſa, & rouinare,dar fondo,fine,ſpendere, conſumare.*] Synonima primæ ſignificationis vide in שָׁלַם : ſecundæ verò ſunt כָּלָה אַךְ אֶפֶס חָתַךְ כָּרַת כִּסֵּה כִּפֶּה , quæ ſuis locis diligẽtius vide. Efficit & hoc varia dicendi ſchemata elegantiarũ plena,vt in ſequentibus annotabis .

	עַד כַּלּוֹתוֹ אַרְצָה מֵעַל הָאֲדָמָה וגו' :	*Conſumere deſuper tellure . Deut.* (22. 28.21.
	אֹיְבֵי כָלָם :	*Inimicũ cōſumere aliquos. Thren.2.*
	וְיִהְיוּ כַּאֲשֶׁר כִּלּוּ לֶאֱכֹל וגו' :	*Finire ad edendum.Gen.43.1.*
	עַד כַּלּוֹתָם לֶאֱכֹל לֶחֶם שָׁתוֹת :	*Finire ad edendum, & ad bibendũ . Ruth.3.4.*
	וְאֹהֶל אָמָה תְּכַלֶּנָּה :	*Abſoluere arcam ad cubitum.Gene. 6.16.*
	הֲלֹא תְאַנֵּף בָּנוּ עַד כָּלָה :	*Irafci in aliquem vſque ad conſumere.Eſd.9.14.*
	וַיִּחַר אַפִּי בָהֶם וַאֲכַלֵּם :	*Naſum alicuius excandeſcere, & cōſumere,&c.Exo.32.10.*
	וְכִלִּיתִי אַפִּי בָךְ :	*Finire furorem in aliquē.Ezec.7.8.*
	כִּמְעַט כִּלּוֹנִי בָאָרֶץ :	*Conſumere paulominus aliquem in terra.Pſal.119.87.* (31.
	בָּאֵשׁ עֶבְרָתִי כִלֵּתִים :	*Conſumere in igne furoris.Ezec.22.*
	וְכִלִּיתֶם בָּרְעִי :	*Conſumere ramos.Hoſ.11.7.*
	וַיְכַל אֶת בֵּיתוֹ :	*Abſoluere domum.1.Reg.7.1.*
	עַד כַּ חוֹ לְבַנּוֹת אֶת בֵּיתוֹ :	*Perficere ad ædificādum.1.Reg.3.1*
	וְלֹא גָעַלְתִּים לְכַלּוֹתָם :	*Non abominari aliquos ad conſumẽdum eos.Leuit.26.44.*
	וַיְכַל לְדַבֵּר אִתּוֹ :	*Perficere ad loquẽdum cum aliquo. Gene.17.22.*
	כִּ בַּחֶרֶב וְכָרָעָב וּבַדָּבֶר אֲנִכִי מְכַלֶּה אוֹתָם :	*Cōſumere aliquos(in)gladio,&(in) fame,&(in)peſte.Ier.14.12.*
	בַּגָּדוֹל הַחֵל וְכַקָּטֹן כָּלֶה :	*Incipere in magno, & finire in paruo. Gene.44.12.*
	רֵחֵל וְכָלֶה :	*Incipere & abſoluere. 1.Sam.3.12.*
	הֵחֵל לִמְנוֹת וְלֹא כָלָה :	*Incipere ad numerandum, & nō abſoluere.1.Par.27.24.*
	וַיְהִי כְּכִלּוֹת יִשְׂרָאֵל לַדְרוֹג וגו' :	*Finire ad occidendum.Ioſ.8.24.*
	וַיַּשְׁלִיכוּ לַאֲרוֹן עַד לְכַלֹּתָם :	*Proijcere arcæ (in arcam) vſque ad perficiendum.2.Par.24.10.*
	וְתִכַל לְהַשְׁקוֹתוֹ :	*Finire ad potandum.Gen.24.19.*
	וַיְכַל מִהִתְנַבּוֹת :	*Finire a prophetando. 1.Sam.10.14*
	וְכִכְלוֹת שְׁלֹמֹה לְהִתְפַּלֵּל :	*Perficere ad orandum.2.Par.7.1.*
	וַיְכַלּוּ מְחַלֵּק אֶת הָאָרֶץ :	*Perficere a diuidendo. Ioſ.19.51.*
	כָּלָה בְחֵמָה כָּלָה :	*Conſumere(in) furore.Pſal.59.14.*
	כָּלָה יי אֶת חֲמָתוֹ :	*Finire furorem.Thr.4.11.*
	חִצַּי אֲכַלֶּה בָם :	*Finire ſagittas ī aliquẽ. Deu.32.23*
	מְרוּעַ לֹא כְלֵיהֶם חֻקְּכֶם וגו'	*Non abſoluere ſtatutũ. (Id quod debes, & ſolitus es.)Exo.5.14.*

Finire

	וְכָלָה אַפִּי :	*Furorem abſolui.Ezech.5.13.*
	וַיִּכְלוּ בְּאֶפֶס תִּקְוָה :	*Dies deficere (in) defectione ſpei. Iob.7.6.*
	כָּלָה הַבַּיִת לְכָל רָבָרָיו :	*Domum abſolui omnibus ſuis rebus. 1.Reg.6.38.*
	כְּעֻלּוֹת אִם כָּלָה בְצִיר :	*Vindemiam abſolui.Eſa.24.13.*
	יֹכַל כְּשֹׂרוֹ מְלֹא :	*Carnem deficere a viſu. Iob.33.21.*
	כָּלָה הָשָׁא :	*Herbam deficere.Eſa.15.6.*
	וְכָלָה זָעַם :	*Furorem deficere.Eſa.10.25.*
	כִּי כָלוּ בְיָגוֹן חַיַּי :	*Vitam deficere(in)dolore. Pſ.31.11.*
	וּבַחֶרֶב וּבְרָעָב יִכְלוּ :	*Deficere (in) gladio , & (in) fame. Iob.16.4.*
	וְכָלָה בְיָדוֹ :	*Finire in manu. Vel eſt nomen, conſummatio.Dan.11.16.*
	כִּי כָלוּ בָעָשָׁן יָמָי :	*Dies deficere(in)fumo. Pſ.102.4.*
	וַיִּכְלוּ בְּבֹשֶׁת יָמָי :	*Dies finire(in)opprobrio. Ier.20.18*
	וַיִּיחַדוּ כֻּלָּם יִכָּלוֹן :	*Omnes ſimul deficere.Eſa.31.3.*
	וְכָלָה כָּל כְּבוֹד קֵדָר :	*Gloriam deficere.Eſa.21.16.*
	בַּד הַקֶּמַח לֹא תִכְלֶה :	*Cadum farinæ non deficere . 1.Reg. 17.14.Vide etiam ver.16.*
	כִּכְלוֹת כֹּחִי אַל תַּעַזְבֵנִי :	*Vim deficere.Pſal.71.9.*
	כְּלוּ כִלְיוֹתַי בְּחִקִּי :	*Renes deficere in ſinu.Iob.19.27.*
	וְאַתֶּם בְּנֵי יַעֲקֹב לֹא כְלִיתֶם :	*Aliquos non deficere.Mal.3.6.*
	כִּי אֶפֶס עָרִיץ וְכָלָה לֵץ :	*Deriſorem deficere.Eſa.29.20.*
	וְיִכְלוּ הַמַּיִם מִן הַחֵמֶת :	*Aquas deficere a vaſe.Gen.21.15.*
	נִכְסְפָה וְגַם כָּלְתָה נַפְשִׁי :	*Animã deſiderare,& deficere. (Ob nimium deſiderium.) Pſal.84.3.*
	כָּלְתָה לִתְשׁוּעָתְךָ נַפְשִׁי :	*Animam deficere ſaluti alicuius . (Dum auidè eam expectat.) Pſ. 119.81.*
	וַתִּכַל כָּל עֲבֹדַת מִשְׁכַּן וגו' :	*Facturam abſolui.Exo.39.32.*
	וְעֹזְבֵי יי יִכְלוּ :	*Deſertores Domini deficere . Eſaias 1.28.*
	כָּלוּ עֵינָי :	*Oculos deficere. (Maximam oculorũ intentionem denotat.) Pſal.69.4*
	כָּלוּ עֵינַי לְאִמְרָתֶךָ :	*Oculos deficere cloquio alicui° . (Dũ auidè eũ expectant.) Pſ.119.82*
	כָּלוּ בַדְּמָעוֹת עֵינָי :	*Oculos deficere (in)lachrymis. Thr. 2.11.*
	עוֹדֶנָּה תִכְלֶינָה עֵינֵינוּ אֶל עֶזְרָתֵינוּ הָבֶל :	*Oculos deficere auxilio vanitatis . Thren.4.17.*
	כָּלָה עָנָן וְיֵלֵךְ :	*Nubem deficere.Iob.7.9.*
	כָּלוּ בָעָשָׁן כָּלוּ :	*Deficere(in)fumo.Pſal.37.20.*
	עָבַר קָצִיר כָּלָה קָיִץ :	*Aeſtatem abſolui.Ier.8.20.*
	עַד כְּלוֹת קְצִיר הַשְּׂעֹרִים :	*Meſſem finire.Ruth.2.23.*
	וּמְרוּחַ אַפּוֹ יִכְלוּ :	*Deficere a ſpiritu naſi Dei. Iob.4.9.*
	כָּלְתָה רוּחִי :	*Spiritum deficere.Pſal.143.7.*
	כִּי כָלְתָה הָרָעָה מֵעִמּוֹ :	*Malum abſolui de cum aliquo.1.Samuel.20.7.*
	כִּי כָלְתָה אֵלָיו הָרָעָה מֵאֵת הַמֶּלֶךְ :	*Malum abſolui ad aliquem ab alio . Eſt.7.7.*
	כִּי לֹא כָלוּ רַחֲמָו :	*Miſericordias non deficere.Thr.3.8*
	כָּלָה שְׁאֵרִי וְלִבָּבִי :	*Carnem & cor deficere. Pſ.73.26.*
	וְשִׁבְטִ עֶבְרָתוֹ יִכְלֶה :	*Baculum furoris deficere.Pro.22.8*
	כָּלָה שֹׁד :	*Vaſtationem deficere.Iſa.16.4.*
	יִכְשְׁלוּ וְיִכָּלוּ שׂוֹטְנֵי נַפְשִׁי :	*Aduerſarios animæ alicuius deficere.Pſal.71.13.*
	וְתִכְלֶינָה שֶׁבַע שְׁנֵי הָרָעָב :	*Annos abſolui.Gen.41.53.*
	מִתְגָּרֶת יָדְךָ אֲנִי כָלִיתָ :	*Deficere ab (ob) excitatione manus alicuius.Pſal.39.11.*

Deriuatiua huius ſunt כְּלִיוֹן כְּלִיּוֹת מְכַלּוֹת תִּכְלָה תַּכְלִית :

כִּלָּה Verbum Pihel actiuum, ex quieſcentibus Lamed He , ſuſcipiens affixa , ſic flectitur in Biblijs .

	2.Par.34.12.		
שיר	בִּכְלֵי שִׁיר דָּוִד :	*Instrumenta cantici Dauidis. Neh.* 12.36.	
שיר	חָשְׁבוּ לָהֶם כְּלֵי שִׁיר :	*Excogitare sibi instrumenta cantici. Amos.6.6.*	
שלח	וַיִּשְׁלַח דָּוִד אֶת יָדוֹ אֶל הַכֵּלִי	*Mittere manum ad vas. 1. Samuel.* 17.50.	
שלחן	וְאֶת הַשֻּׁלְחָן וְאֶת כָּל כֵּלָיו :	*Instrumenta menſæ. Exo.* 30.27.	
שמר	עַל יַד שֹׁמֶר הַכֵּלִים :	*Seruare vaſa. [Li cariaggi.] 1. Sam.* 17.23.	
שנה	וּכְלִים מְכֵלִים שׁוֹנִים :	*Vaſa varia a vaſis. Eſt.* 1.7.	
שרת	וְלִקְחוּ אֶת כָּל כְּלֵי הַשָּׁרֵת וגו' :	*Instrumenta miniſterij. Num.* 4.12.	
תבנית	וְאֵת תַּבְנִית כָּל כֵּלָיו :	*Exemplar vaſorum tabernaculi. Exo.* 25.8.	
תלה	לְהַלּוֹת עָלָיו כָּל כְּלִי :	*Suſpendere vas ſuper aliquid. Exec.* 15.3.	
תפארת	וְחִקְּחִי כְלִי תִפְאַרְתֵּךְ וגו' :	*Accipere inſtrumenta gloriæ, &c. Ezec.* 16.17.	

Illud verò Eſa. 32.7. וּכְלֵי כֵלָיו רָעִים, aliquibus eſt ſignificationis כְּלֵי, hoc eſt. *Et auari כְּלֵי parcitates eius ſunt malæ.* Sed præſtat ſimpliciter vaſa, inſtrumenta, exponere. Expende locũ & oẽs accuratius. Radix eſt כלא.

כֵּילַי Require ſuperius in כ ante י, ſuo loco proprio.

כֵּלַי Eſt plurale nominis כְּלִי cum affixo, ibi vide. Semel verò eſt nomen Toar, idem quod כְּלִי ſignificatione & radice, ibi quære. Auarus, parcus, parciſſimus. [*Auarone.*] Eſa. 37.7. וּכְלֵי *Auari verò inſtrumenta mala ſunt.* Nota.

כִּלְיוֹן Nomen maſculinum genere, & in regimine כִּלְיוֹן, quod etiã eſt nomen ex ſe ipſo, vt mox dicemus. Conſumptio. [*Finimento.*] Vide in ſua radice כלה. Eſa. 10.22. כִּלְיוֹן *Conſumptio ſedula inundat iuſtitiam.* Locus elucidandus. Deut. 28.65. וְכִלְיוֹן *Et cõſumptionem oculorum.* (Ob ingentem in aliquid deſideratum intentionem.) Alibi non inuenitur.

כִּלְיוֹן Eſt in regimine a ſuperiori כִּלְיוֹן, aliàs verò eſt nomen proprium viri ex tribu Iudæ filij Elimelech. Cilion. [*Cilione.*] Ruth. 1.2. *Et nomen duorum filiorum eius Mahlon & כִּלְיוֹן & Cilion, &c.* ibi vide omnia. Radix eſt כלה.

כִּלְיוֹת Nomen plurale fœmininum, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Biblijs כִּלְיוֹתֵי כִּלְיוֹתַי כִּלְיוֹתֶיהָ כִּלְיוֹתֵיהֶם. Renes, ſic dicti a radice כלה, quaſi ob coitum deficientes. Alij diuerſa ſentiunt, quos vide. [*Reni, rognoni.*] Habet ſynonimum שְׁחוֹת. Loci obſervandi.

חלב	מֻחֲלָב כֹּל זֹת אֵלִים :	*Adeps renum arietum. Eſa.* 34.6.	
כחן	כֹּחַן כְּלָיוֹת וָלֵב :	*Probare renes & cor. Ier.* 11.20.	
הביא	הֲבִיא בִּכְלָיוֹתַי בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ :	*Ire facere in renes filios pharetræ. (Sagittas.) Then.* 3.5.	
סמיר	עַל הַכְּלָיוֹת יְסִירֶנָּה :	*Auferre reticulum (quod eſt) ſuper renibus. Leuit.* 3.4.	
הסתונן	וְכִלְיוֹתַי אֶשְׁתּוֹנָנוּ :	*Acuere ſe renibus. Pſal.* 73.21.	
חטה	עִם חֵלֶב כְּלָיוֹת חִטָּה :	*Adeps renũ tritici. (Poeticè dictũ.) Deut.* 32.14.	
יסר	אַף לֵילוֹת יִסְּרוּנִי כִלְיוֹתָי :	*Renes erudire in noctibus. Pſ.* 16.7.	
כלה	כָּלוּ כִלְיוֹתַי בְּחֵקִי :	*Renes deficere in ſinu. Iob.* 19.27.	
עלז	תַּעֲלֹזְנָה כִלְיוֹתָי :	*Renes exultare. Pro.* 23.16.	
פלח	יִפְלַח כִּלְיוֹתָי :	*Diſcindere renes. Iob.* 16.13.	
צרף	צְרָפָה כִלְיוֹתַי וְלִבִּי :	*Examinare renes, & cor. Pſ.* 26.2.	
קנה	כִּי אַתָּה קָנִיתָ כִלְיוֹתָי :	*Poſſidere renes alicuius. Pſ.* 139.13	
ראה	רְאֵה כְלָיוֹת וָלֵב :	*Videre renes, & cor. Ier.* 20.12.	
רחוק	וְרָחוֹק מִכִּלְיוֹתֵיהֶם :	*Aliquem eſſe longinquum a renibus alicuius. Ier.* 12.2.	

	Inſtrumentũ deſtructionis eſſe in manu. Ezec. 9.1.	וְאִישׁ כְּלִי מַשְׁחִתּוֹ בְיָדוֹ :	עמסיה
	Inſtrumenta tabernaculi. Exo. 27.19	לְכָל כְּלֵי הַמִּשְׁכָּן וגו' :	עסכן
	Vaſa potionis. 1. Reg. 10.21.	וְכֹל כְּלֵי מַשְׁקֵה וגו' :	עסקס
	Attrectare omnia vaſa (vtenſilia) alicuius. Gen. 31.37.	כִּי מִשַּׁשְׁתָּ אֶת כָּל כֵּלָי :	עסס
נכל	*Celebrare in inſtrumẽto nabli. Pſal.* 71.22.	גַּם אֲנִי אוֹדְךָ בִּכְלִי נֵבֶל וגו'	
נגע	*Tangere (in) vas, &c. Leuit.* 15.22.	וְכָל הַנֹּגֵעַ בְּכָל כְּלִי וגו' :	
נותר	*Vaſa reſidua venire, &c. Ier.* 27.17.	לִכְלֵתִי בֹּאוּ הַכֵּלִים הַנּוֹתָרִים וגו' :	
נחבא	*Abſcondi ad vaſa. (Nel cariaggio.) 1. Sam.* 10.24.	הִנֵּה הוּא נֶחְבָּא אֶל הַכֵּלִים:	
נחשת	*Coqui in vaſe æris, &c. Leuit.* 6.21.	וְאִם בִּכְלִי נְחשֶׁת בָּשֻׁלָה וגו'	
נטש	*Proijcere deſuper ſe vaſa, &c. 1. Sam.* 17.23.	וַיִּטֹּשׁ דָּוִד אֶת הַכֵּלִים מֵעָלָו:	
נכח	*Vaſa inueniri. 2. Reg.* 14.14.	וְאֶת כָּל הַכֵּלִים הַנִּמְצָאִים וגו' :	
נטל	*Leuare inſtrumenta (nempe) pharetram & arcum. Gen.* 27.3.	שָׂא נָא כֵלֶיךָ תֶּלְיְךָ וְקַשְׁתֶּךָ :	
נטל	*Ferre inſtrumenta alicuius. (Eſt armigerum eſſe.) Iud.* 9.54.	אֶל הַנַּעַר נֹשֵׂא כֵּלָיו :	
נטל	*Ferre vaſa Domini. Eſa.* 52.11.	הִבְרוּ נֹשְׂאֵי כְלֵי יי' :	
נטשת	*Vas corrumpi. Ier.* 18.4.	וְנִשְׁחַת הַכֶּלִי וגו' :	
נתן	*Non dare (ponere) ad (in) vas ſuum aliquid. Deut.* 23.25.	וְאֶל כֶּלְיְךָ לֹא תִתֵּן :	
נתן	*Dare inſtrumenta ſua ad puerũ. (Arcum ſcilicet, &c.) 1. Sam.* 20.39	וַיִּתֵּן יְהוֹנָתָן אֶת כֵּלָיו אֶל הַנָּעַר וגו' :	
ענדם	*Inſtrumenta ſeruitij. 1. Par.* 9.29.	וּמֵהֶם עַל כְּלֵי הָעֲבֹדָה :	
ערם	*Sponſam ornari inſtrumentis ſuis. (Quicquid ad ornatum muliebre ſpectat, innuit.) Eſa.* 61.10.	וְכַכַּלָּה תַּעֲדֶה כֵּלֶיהָ :	
עור	*Vas pellis. Leuit.* 13.49.	אוֹ בְכֹל כְּלִי עוֹר :	
ענן	*Inſtrumẽta fortitudinis. (Tubas innuit.) 2. Par.* 30.21.	הָאֱלֹהִים וְהַכֹּהֲנִים בְּכֵלֵי עֹז לַיי' :	
עץ	*Percutere (in) inſtrumẽto ligni manus, &c. Nume.* 35.18.	אוֹ בִּכְלִי עֵץ יָד וגו' :	
עשה	*Facere vaſa, &c. 2. Par.* 4.18.	וַיַּעַשׂ שְׁלֹמֹה כָּל הַכֵּלִים הָאֵלֶּה :	
עשים	*Inſtrumenta facta alicui. 2. Samuel.* 23.5.	אֶת כָּל הַכֵּלִים הָעֲשׂוּיִם לַבָּעַל :	
פז	*Vas auri. Iob.* 28.17.	יִתְּמוּרָהּ כְּלִי פָז :	
פרק	*Ius inquinationis (in) vaſis. Eſa.* 65.5.	וּפֶרֶק פְּגָלִים כֵּלֵיהֶם :	
פתח	*Vas apertum, &c. Num.* 19.14.	וְכָל כְּלִי פָּתוּחַ וגו' :	
צבא	*Inſtrumenta exercitus belli. 2. Par.* 12.38.	בְּכָל כְּלֵי צָבָא מִלְחָמָה :	
צלח	*Vas efficũ non proſperari. Eſa.* 54.17	כָּל כְּלִי יוּצַר עָלַיִךְ לֹא יִצְלָח	
קדש	*Inſtrumenta ſanctitatis. Num.* 3.30	וְכֵלֵי הַקֹּדֶשׁ :	
קדש	*Vaſa (veſtimẽta) eſſe ſanctitatẽ, &c. Locus dilucidandus. 1. Sam.* 21.5	וַיִּהְיוּ כְּלֵי הַנְּעָרִים קֹדֶשׁ וגו'	
קטן	*Vaſa parui, à vaſis craterarum, &c. Eſa.* 22.24.	כָּל כְּלֵי הַקָּטָן וגו' :	
קצץ	*Decurtare vaſa, &c. 2. Reg.* 24.13.	וַיְקַצֵּץ אֶת כָּל כְּלֵי הַזָּהָב וגו'	
קרב	*Inſtrumenta prælij. Eccleſ.* 9.18.	טוֹבָה חָכְמָה מִכְּלֵי קָרֶב :	
ריק	*Collocare aliquem vas vacuum. Ier.* 51.34.	הִצִּיגֻנִי כְּלִי רִיק :	
רכב	*Facere inſtrumenta belli, & inſtrumenta currus. 1. Sam.* 8.12.	וְלַעֲשׂוֹת כְּלֵי מִלְחַמְתּוֹ וּכְלֵי רִכְבּוֹ :	
רעה	*Vas (pera) paſtorum. 1. Sam.* 17.41.	בִּכְלֵי הָרֹעִים אֲשֶׁר לוֹ :	
שאל	*Petere mutuo vaſa, &c. 2. Reg.* 4.3	שְׁאֲלִי לָךְ כֵּלִים מִן הַחוּץ וגו'	
שבר	*Frangere vas. Ier.* 19.11.	כַּאֲשֶׁר יְשֻׁבַּר אֶת כְּלִי הַיּוֹצֵר וגו' :	
שוב	*Redire vaſis vacuè. Ier.* 14.3.	שָׁבוּ כֵלֵיהֶם רֵיקָם :	
שום	*Ponere in vaſis. Ioſ.* 7.11.	וְגַם שָׂמוּ בִּכְלֵיהֶם :	
שיר	*Intelligere in inſtrumentis cantici.*	כָּל מֵבִין בִּכְלֵי שִׁיר :	

כֶּלַח Nomen maſculinum genere, quod bis tantũ legitur in ſcriptura ſacra, nec ſatis certũ eſt, quid propriè ſignificet. Communiori ſententia omnes ferè ſenectutem interpretãtur. [*Vecchiezza, vecchiaia.*] Ratio nominis ignoratur, quamuis nonnulli a לחך, id-eſt ab allambendo, per literarum tranſpoſitionem cõnẽtur deflectere, quòd ſenectus frigida & ſicca aſsiduè allambat, ratione ſatis frigida. Frigidus verò quidam Hebræorum, qui viridem ſenectam putant, hoc nomine ſignificari, quaſi Caph ſit aduerbium ſimilitudinis, & לַח nomen, de quo ſuo loco dicemus. Iob. 5.25. *Ingredieris* בְּכֶלַח *in ſenectute (in) ſepulchrum.* Et 30.2. *Super eis perijt* כֶּלַח *ſenectus.* Nonnullis tempus.

Aliàs eſt nomen proprium vrbis Aſſyriæ, quam Aſſur condidit. Celah. [*Cela.*] Gen. 10.11. וְאֶת כָּלַח *Et Celã.*

כָּל־חֹזֶה Nomen proprium viri. Col hozeh. [*Colozeo.*] Nehem. 3.13. *Salun filius* כָּל־חֹזֶה *Col hózei, &c.*

Fuit alter Col hozeus (modo ſuperior non ſit) ex tribu Iudę pater Baruchi. Neh. 11.5. *Filij* כָּל־חֹזֶה *Colhozei.* Confer locos. Compoſitum eſt ex כל & חזה.

כְּלִי Nomen maſculinum genere & declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Biblijs כְּלִי כְּלֵי כְּלִים כְּלִי כֵּלַי כְּלֵיךָ כְּלִיךְ כְּלֵיכֶם כְּלִיכֶן כְּלֵיהֶם כְּלֵיהֶן. Vas, nomen notiſsimum & frequens, cõmune ad omne vtenſile, quod paratur, conſummatſ, & perficitur in quoduis vſum hominis. Nos modo vaſis, modo inſtrumenti nomine interpretabimur. [*Vaſe, ſtromento.*] Hinc exoriũtur varia dicendi ſchemata elegãtiarum plena, & Hebraiſmi pulcherrimi, vt in ſequentibus annotabis. כֵּלַי eſt etiam nomen per ſe, de quo mox dicemus.

	Eſſe vt vas perditum. Pſal. 31.13.	הָיִיתִי כִּכְלִי אֹבֵד :	תאבד
	Inſtrumenta tentorij. Exo. 31.7.	וְאֵת כָּל כְּלֵי הָאֹהֶל :	תאהל
	Panẽ diſcedere à vaſis. 1. Sam. 9.7.	כִּי הַלֶּחֶם אָזַל מִכֵּלֵינוּ :	תאל
ב	*Proijcere vaſa, quæ ſunt in naui. Ion.* 1.5.	וַיָּטְלוּ אֶת הַכֵּלִים אֲשֶׁר בָּאֳנִיָּה :	תכים
	Congregare vaſa. 2. Par. 28.24.	וַיֶּאֱסֹף אֶת כְּלֵי בֵית הָאֱלֹהִים :	תסף
	Theſaurus vaſis deſiderij. Hoſ. 13.15	הוּא יִשְׁסֶּה אוֹצַר כָּל כְּלִי חֶמְדָּה :	תוסף
	Vaſa domus. Genc. 31.37.	מָה מָצָאתָ מִכֹּל כְּלֵי בֵיתֶךָ :	כית
	Domus vaſorum. (Vbi reconduntur arma, veſtes, &c.) 2. Reg. 20.13	וְאֶת בֵּית כֵּלָיו :	כית
	Inſtrumẽta bouis. (Vt currus, &c.) 2. Sam. 24.22.	וּכְלֵי הַבָּקָר לָעֵצִים :	כקר
	Percutere (in) inſtrumento ferri. Num. 35.16.	וְאִם בִּכְלִי בַרְזֶל הִכָּהוּ :	כרזל
	Inſtrumentum ferri non audiri, &c. 1. Reg. 6.7.	כָּל כְּלִי בַרְזֶל לֹא נִשְׁמַע וגו' :	כרזל
	Vas viri (veſtes, arma) nõ eſſe ſuper muliere. Deut. 22.5.	לֹא יִהְיֶה כְלִי גֶבֶר עַל אִשָּׁה	גבר
	Facere vas tranſmigrationis. Iere. 46.19.	כְּלֵי גוֹלָה עֲשִׂי לָךְ :	גלה
	Vaſa iũci, &c. (Naues inuit.) Eſa. 18.2.	וּבִכְלֵי גֹמֶא עַל פְּנֵי מָיִם :	גמא
	Inſtrumenta (muſicalia) Dauidis. 2. Par. 29.26.	וַיַּעַמְדוּ הַלְוִיִּם בִּכְלֵי דָוִד :	דוד
מִמְכָּר Nomen masculinum genere, & declinatione, suscipiens affixa, quæ sunt in Biblijs. מִמְכָּר מִמְכָּרוֹ מִמְכָּרִי Venditio, & res quæ venditur, vel vendita est. [*Vendita, & cosa che si vende, & cosa venduta.*] Loci aliquot obseruandi.

וְחָשַׁב אֶת שְׁנֵי מִמְכָּרוֹ וגו׳ :	*Supputare annos venditionis. Leuit.* 25.27.
עַד תֹּם שְׁנֹת מִמְכָּרוֹ :	*Annũ vẽditionis finire. Leui.* 25.29

Radix est מכר.

מִמְכֶּרֶת / **מִמְכֶּכֶת** / **מִמְלֶכֶת** Nomen formæ fœmininæ, quod semel legitur in Biblijs. Venditio. [*Vendita.*] Leuit. 25.42. *Non vẽdentur* מִמְכֶּרֶת *venditione serui.* Hebraismus, ideſt quẽadmodũ serui solent vẽdi. Radix est מכר.

מַמְלָכָה / **מַמְלֶכֶת** Nomen sub vtraq; forma fœminini generę, & declinatione, suscipiens affixa, q̃ sunt in Biblijs מַמְלָכָה אוֹ מַמְלֶכֶת מַמְלָכוֹת מַמְלְכוֹתוֹ מַמְלְכוֹתֵי מַמְלַכְתְּךָ מַמְלַכְתּוֹ. Regnum, Dominium. [*Regno, Signoria.*] Loci aliquot obseruãdi.

לְכָל מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ :	*Regna terræ. Deut.* 28.25.
וּבֵית מַמְלָכָה הוּא :	*Domus regni. Amos* 7.14.
יִקְרָאוּ לָךְ גְּבֶרֶת מַמְלָכוֹת :	*Domina regnorum. Esa.* 47.5.
יְעֹל מַמְלָכוֹת גְּדֹלוֹת :	*Regna magna. Ier.* 28.8.
לְמַעַן יַאֲרִיךְ יָמִים עַל מַמְלַכְתּוֹ וגו׳ :	*Prolongare dies super regno. Deut.* 17. 20.
לְהַחֲזִיק הַמַּמְלָכָה בְּיָדוֹ :	*Fortificare regnum in manu. 2. Reg.* 15. 19.
כִּי עָתָּה הֵכִין יי׳ אֹת מַמְלַכְתְּךָ וגו׳ :	*Aptare regnum ad (super) aliquos. 1. Sam.* 13. 13.
וַיְכֵן יי׳ אֶת הַמַּמְלָכָה בְּיָדוֹ :	*Aptare regnum in manu alicuius. 2. Par.* 17.5.
וְעַל מַמְלַכְתּוֹ לְהָכִין אֹתָהּ וּלְסַעֲדָהּ וגו׳ :	*Aptare & fulcire regnum in iudicio, &c. Esa.* 9. 7.
לְהַעֲבִיר הַמַּמְלָכָה מִבֵּית שָׁאוּל :	*Transire facere regnum ex domo alicuius. 2. Sam.* 3. 10.
וְהִקִּימִתִי אֶת כִּסְאוֹ מַמְלַכְתּוֹ וגו׳ :	*Erigere solium regni alicuius. 1. Regum* 9. 5.
הֲרְגִיז מַמְלָכוֹת :	*Tremere facere regna. Esa.* 23.11.
מַרְעִישׁ מַמְלָכוֹת :	*Tremere facere regna. Esa.* 14.16.
וְהִשְׁבִּיעַ אֶת הַמַּמְלָכָה וגו׳ :	*Adiurare regnum, &c. 1. Reg.* 18.10
וְהִשְׁחִתִי בְּךָ מַמְלָכוֹת :	*Deuastare regna. Ier.* 51.20.
הַשְׁמִיעוּ עָלֶיהָ מַמְלְכוֹת אֲרָרָט :	*Auscultare facere regna, &c. Iere.* 51. 27.
וְנָתָה אֹרֶת כָּל מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ :	*Fornicari cum omnibus regnis terræ. Esa.* 23.13.
וְתֹאבַד אֶת כָּל זֶרַע הַמַּמְלָכָה	*Perdere semen regni. 2. Reg.* 11. 1.
כַּאֲשֶׁר חָזְקָה הַמַּמְלָכָה בְּיָדוֹ :	*Regnum fortificari in manu. 2. Regum* 14. 5.
כַּאֲשֶׁר חִזְּקָה הַמַּמְלָכָה עָלָיו :	*Regnum fortificari super aliquo. 2. Par.* 25.3.
בַּמַּמְלָכָה הַחַטָּאָה :	*Regnum peccans. Amos* 9.8.
חָלַל מַמְלָכָה וְשָׁרֶיהָ :	*Prophanare regnum. Thren.* 2.2.
וּמִיַּד כָּל הַמַּמְלָכוֹת וגו׳ :	*Eripere de manu regnorum opprimẽtium. 1. Sam.* 10.18.
כַּאֲשֶׁר מְצָאָה יַדְךָ לְמַמְלָכוֹת הָאֵלִיל וגו׳ :	*Manum inuenire regnis (regna) vanitatis. Esa.* 10.12.
וְיֹדְעוּ כָל מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ וגו׳ :	*Regna terrę cognoscere. 2. Reg.* 19.19
וְאַתֶּם תִּהְיוּ לִי מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים :	*Regnum sacerdotum. Exo.* 19.6.
וְכוֹנַנְתִּי אֶת כִּסְאוֹ מַמְלַכְתּוֹ :	*Aptare solium regni. 2. Sam.* 7. 13.
כִּשְׁבָתוֹ עַל כִּסֵּא מַמְלַכְתּוֹ :	*Sedere super solio regni. Deut.* 17.18
וְלֹא אָקַח אֶת כָּל הַמַּמְלָכָה מִיָּדוֹ :	*Non accipere totum regnum de manu alicuius. 1. Reg.* 11.34.
מְטוּ מַמְלָכוֹת :	*Regna nutare. Psal.* 46.7.
הִנְנִי קֹרֵא לְכָל מִשְׁפְּחוֹת מַמְלְכוֹת צָפוֹנָה :	*Familiæ regnorum aquilonis. Ieremias* 1. 15.
הָיָה מֹשֵׁל בְּכָל הַמַּמְלָכוֹת וגו׳ :	*Dominari in regnis, &c. 1. Reg.* 4.21
וְהַמַּמְלָכָה נָכוֹנָה בְּיַד שְׁלֹמֹה :	*Regnum aptari in manu alicuius. 1. Reg.* 2.45.

Præteritum. מָלַל

Part. præs. מְמַלֵּל / מְמַלֶּלֶת

Futurum. יְמַלֵּל

Loci aliquot obseruandi.

וּמִלִּין לְצַד עֶלְיוֹן יְמַלֵּל :	*Loq dictiones lateri superiori. Dan.* 7.25
עִם מַלְכָּא מְלַל :	*Loqui cum rege. Dan.* 6.22.
וּפֻם מְמַלֵּל רַבְרְבָן :	*Os loqui magna. Dan.* 7.8.
רִי קָרְנָא מְמַלְלָה וגו׳ :	*Cornu loqui, &c. Dan.* 7.11.

מוּל Require superius in מ ante ו, suo loco proprio.

מִלְאִי Nomen proprium Leuitæ. Milalai. [*Milalaio.*] Neh. 12, 36. מִלְלַאי *Milalaius.* Radix est מלל

מְלִילוֹת Nomẽ plurale fœmininum, quod semel legitur in Biblijs. Spicæ. [*Spiche.*] Deut. 23.26. *Et decerpes* מְלִלֹת *spicas (in) manu tua.* De ratione vocis dubitatur, nam si radix est מלל, vt omnes asserunt, quæ conuenientia inter spicas & loqui sit, non video, cum & illius verbi etymon ignoretur, quãuis nõnulli conentur, cum radice מול cõferre, & sic magis Syriacum sit quàm Hebraicum, vt sæpius dictum est. Ego potius ab illa radice מול hoc nomen deducerem, vt sic dicantur spicæ a resectione: de quo tamen liberum sit omnibus iudicare.

מלמד Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs in regimine מְלַמֵּד. Stimulus, quo rustici boues pungunt eos ad aliquid assuefacientes, quasi doctrinale diceres. [*Stimolo.*] Vide דָּרְבָן. Iud. 4.20. *Et percussit sexcentos Philistęos* בְּמַלְמַד *(in) stimulo bouis.* Radix est למד.

מְלֹן / **מְלוֹנָה** Require superius, suo loco proprio.

מלץ / **מְלִיץ** Hinc deriuatur נמלץ, & secundum aliquos מְלִיצָה & מְלִיץ, de quibus suo loco dicendũ est.

מְלִיץ Require superius in הליץ Hiphil, & nota.

מְלִיצָה Nomen fœmininum genere, sine plurali. Interpretatio, sententia clara, & exposita. [*Interpretatione, sententia, parlar sententioso.*] Pro. 1.6. *Ad intelligendum parabolam* וּמְלִיצָה *& interpretationem.* Abac. 2.6. וּמְלִיצָה *Et sententiam, (quæ sit) ænigmata ei.* Alibi non inuenitur. Radix est לוץ & aliquibus מלץ.

מְלַצֵּר Nomen masculinum genere, sine plurali, quod bis legitur in scriptura sacra, & dubitatur, ex quã radice sit, & quid ꝑpriè significet. Et quidem radix est vel propria, vel לצר, & aliquibus est nomen proprium viri. Melzar. [*Melzaro.*] Alijs verò propter He haidiah, quod habet, est potius substantiuum, & ex loci coniectura arbitrantur significare archimagyrum, vel architriclinium. [*Dispensieri, che è sopra la dispensa delle robbe da mangiare.*] Dan. 1.11. *Et ait Daniel ad* הַמְּלַצַּר *archimagyrum.* Et ver. 16. *Et erat* הַמְּלַצַּר *archimagyrus auferens, &c.*

מָלַק Verbum Cal actiuum, perfectum, quod bis tantum legitur in scriptura sacra, nec absurdum tamẽ ob id erit, totum formare iuxta regulas grãmaticales, cum opus fuerit, & si non satis certum sit, quid propriè significet. Ex cõiectura loci est, caput aui bus abrumpere, vel collum frangere, quòd vulgò [*Tirar il collo*] dicimus. Leuit. 1.15. וּמָלַק *Et abrumpet caput eius.* Et 5.8. וּמָלַק *Et abrumpet caput eius ex opposito cervicis, & non diuidet.* Consule doctores Hebræorum, quo modo huiusmodi fractura fieret.

מָלַק Nomen masculinum genere, sine plurali. Spolium, præda, captura, quicquid capitur, sed præcipuè de animantium captura dicitur. [*Cosa presa, tolta.*] Vide שָׁבָה. Loci aliquot obseruandi.

וְהֵבִיאוּ וגו׳ אֶת הַשֶּׁבִי וְאֶת הַמַּלְקוֹחַ וְאֶת הַשָּׁלָל :	*Adducere prædã, (hominum) & capturam, (animalium) & spolium. (vtensilium.) Num.* 31.12.
הֵיקַח מִגִּבּוֹר מַלְקוֹחַ וגו׳ :	*Capturam tolli a potẽte. Esa.* 49.24
וְחִצִּיתָ אֶת הַמַּלְקוֹחַ וגו׳ :	*Diuidere capturam. Num.* 31.27.
וְקִחוּ אֶת כָּל הַשָּׁלָל וְאֶת כָּל הַמַּלְקוֹחַ וגו׳ :	*Accipere spolium (vtensilium) & capturam. (animãtium.) Nu.* 31.11
וּמַלְקוֹחַ עָרִיץ יִמָּלֵט :	*Capturam eripi. Esa.* 49.25.
שָׂא אֶת רֹאשׁ מַלְקוֹחַ הַשְּׁבִי וגו׳ :	*Caput (summa) capturæ prædæ. (animantium.) Num.* 31.26.

Radix est לקח.

מַלְקוֹחַיִם Nomen formæ dualis, quod semel legitur in Biblijs cũ affixo מַלְקוֹחֵי. Fauces, sic eleganter dictæ per translationem, quòd cibum capiant. [*Fauci, palato.*] Vide חֵיךְ. Psal. 22.16. *Et lingua mea coniuncta est (ad)* מַלְקוֹחֵי *fauces meas.* Radix est לקח.

מַלְקָחַיִם Nomen duale, & cum affixo מַלְקָחֶיהָ, & significat instrumenta, quibus aliquid accipiẽ, quæ duabus laminis constent, qualia sunt forcipes, emunctoria, & huiusmodi. [*Tanaglie, mollette, & simili instromenti.*] Exo. 25.37. וּמַלְקָחֶיהָ *Et forcipes illius. (candelabri.)* 1. Reg. 7.49. וְהַמַּלְקָחַיִם *Et forcipes auro.* Esa. 6.6. בְּמַלְקָחַיִם *In (cum) forcipe accepit desuper altari.* Radix est לקח.

מַלְקוֹשׁ Nomen masculinum genere, sine plurali. Pluuia serotina, quæ decidit, quando fruges matureſcunt, in mense יִסָּן videlicet, antitheton יוֹרֶה, quod suo loco vide. [*Pioggia tardiua, che viene quando le biaui vogliono maturare, pioggia di Primauera.*] Octo vicibus ad summum inuenitur.

כְּמַלְקוֹשׁ יוֹרֶה אָרְצָה :	*Venire tanquàm serotinam, quæ terram irrigat. Hos.* 6.3.
וּמַלְקוֹשׁ לוֹא הָיָה :	*Serotinam non esse. Ier.* 3.3.
וְנָתַתִּי מְטַר אַרְצְכֶם בְּעִתּוֹ יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ :	*Dare pluuiam in suo tempore, præpperã. s. & serotinã. Deu.* 11.14.
הַנֹּתֵן גֶּשֶׁם יוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ בְּעִתּוֹ :	*Dare pluuiam, & præproperam, & serotinam ī suo tẽpore. Ier.* 5.25.
וְרִצּוֹנוֹ כְּעֵב מַלְקוֹשׁ :	*Nubes serotinæ. Pro.* 16.15.
שֶׁאֱלוּ מִיי׳ מָטָר בְּעֵת מַלְקוֹשׁ :	*Tempus serotinæ. Zac.* 10.1.
וּפִיהֶם פָּעֲרוּ לְמַלְקוֹשׁ :	*Aperire os serotinæ. Iob.* 29.23.
מוֹרֶה וּמַלְקוֹשׁ בָּרִאשׁוֹן :	*Descendere facere serotinam in primo mense. Ioel,* 2.22.

Radix est לקש.

מולות Require superius in מ ante ו, suo loco proprio.

מַלְתָּחָה Nomen formæ fœmininæ, quod semel legitur in Biblijs, nec satis certum est, quid propriè significet. Ex coniectura loci omnes ferè Vestem vel vestiarium, id est locum, in quo reponũtur vestes sacerdotum, interpretati sunt. [*Veste, ouero sagrestia, nella quale si tengono le vesti sacerdotali.*] 2. Reg. 10.22. *Et dixit illi, qui erat super* הַמַּלְתָּחָה *vestiario,* [*al sagrestano*] *profer indumentum, &c.* Radix est לחת vel propria.

מִלּוֹתַי Nomen proprium Leuitæ cantoris ex nepotibus Hemani. Malothi. [*Malotio.*] 1. Paral. 25.4. מִלּוֹתַי *Malotius.* Radix forsitan est מלל.

מַלְתָּעוֹת Nomen plurale fœmininum, quod semel legitur in Biblijs. Molares dentes. [*Li denti maggiori, ganassali Brixiæ.*] Vide שֵׁן. Psal. 58.7. מַלְתָּעוֹת *Molares dentes leonum confringe Domine.* Radix est לתע.

ממשח Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs,& dubitatur, an sit Toar, Vnctus,vel substantiuum,vnctio. [*Vnto,ouero vntione.*] Ezec.28.14.*Tu Cherub* מְמֻשַׁח *vnctus*(*vnctionis*)*obtegens.* Hebraismus, ideſt rex insignis,eo quòd vngerentur reges. Radix est משח .

ממשל Nomen masculinum genere,quod bis legitur ī scriptura sacra. Potestas,dominiū, dominatio. [*Signoria.*] Dan. 11.3. *Et dominabitur* מֶמְשָׁל *dominio multo* . Et ver. 5. *Et dominabitur* מֶמְשָׁל *dominium multum dominium illius.*Radix est משל .

ממשלה Vel מֶמְשָׁלֶת , nomen fœmininum genere,& declinatione, suscipiēs affixa, quę sunt in Biblijs מֶמְשָׁלָה או בְּמֶמְשֶׁלֶת מֶמְשַׁלְתִּי מֶמְשַׁלְתְּךָ מֶמְשַׁלְתּוֹ מֶמְשַׁלְתָּהּ מֶמְשַׁלְתִּיו . Dominatio,potestas, dominium. [*Signoria.*] Loci notandi.

וְכָל מַמְלְכוֹת אֶרֶץ מֶמְשֶׁלֶת יָדוֹ :	*Regna terrę dominij manus alicuius. Iere.34. 1.*
וּבְכָל אֶרֶץ מֶמְשַׁלְתּוֹ :	*Terra dominij alicuius. 2.Par.8. 6.*
וּבָאָה הַמֶּמְשָׁלָה הָרִאשֹׁנָה וגו' :	*Dominium primum venire . Mich. 4. 8.*
בְּבֵיתוֹ וּבְכָל מֶמְשַׁלְתּוֹ :	*Ostendere, quæ sunt in domo, & in dominio.2.Reg.20.13.*
וּמֶמְשַׁלְתְּךָ בְּכָל דּוֹר וָדֹר :	*Dominium esse in omni generatione. Psal.145.13.*
לִמְמְשֶׁלֶת הַיּוֹם :	*Dominium diei.Gen.1.16.*
לִמְמְשֶׁלֶת בַּיּוֹם :	*Solem esse dominio(in dominium)in die.Psal.136.8.*
יִשְׂרָאֵל מֶמְשַׁלְתִּיו :	*Israelem esse dominia Dei.Ps.114.2*
לִמְמְשֶׁלֶת הַלַּיְלָה :	*Dominium noctis.Gen.1.16.*
לִמְמְשֹׁלוֹת בַּלַּיְלָה :	*Esse dominijs (in dominia) in nocte. Psal.136.9.*
וּמֶמְשַׁלְתְּךָ אֶתֵּן בְּיָדוֹ :	*Dare Dominium in manu.Esa.22.21*
וְכָל מֶמְשַׁלְתּוֹ עִמּוֹ :	*Totum dominium esse cum aliquo. 2.Par.32.9.*
וּמָשָׁל מֶמְשַׁל רַב מֶמְשַׁלְתִּי :	*Dominium alicuius esse dominiū multum.Dan.11.5.*

Radix est משל .

ממשלים Nomen plurale masculinum,quod semel legitur in Biblijs . Dominantes , dominium habētes. [*Signoreggianti,che signoreggiano.*] 1. Par, 26.6. *Et Semaiæ ipsius filius nati sunt filij* הַמֹּשְׁלִים *dominantes domui paternæ.* Quidam, nescio qua ratione, similes interpretati sunt,quos tamen,si libet,consulas.

Radix est משל .

ממשלת Require in מֶמְשָׁלָה , & nota.

ממשך Nomen formæ masculinæ,quod semel legitur in Biblijs in regimine מִמְשַׁךְ , & ignoratur, quid propriè significet . Ex coniectura loci oēs ferè Eductionem,exitum, vel derelictionem interpretati sunt.]*Vscita,ouero lasciamento, abbandonamento.*] Soph.2.9. מִמְשַׁךְ *Exitus vrticæ.*Hoc est, innascentur illic vrticæ.Vel derelictio,ideſt relinquetur vrticis. Expende locum & omnes accuratius.Radix forsitan est משך .

ממתקים Nomen plurale masculinum genere. Dulcedines,dulcia.[*Dolcezze,cose dolci.*]Neh.8.11.*Et bibite* מַמְתַּקִּים *dulcia,* Cant.5.17. *Palatum eius(est)* מַמְתַּקִּים *dulcedines.* Radix est מתק .

מ נ

מן Lege radicem מנה , & obserua dictiones, quæ remanent in scriptura cum his duabus tantùm radicalibus .

מן Require superius in מ ante י , suo loco proprio.

מן Præpositio,& tamen declinabilis , quamuis plurale non legatur nisi in regimine מִנֵּי , quod alij asserunt,esse potius singulare cum Iod paragogico,sed tunc est cum Hirec מִנִּי , quod nonnunquàm est etiam affixum,& nomen per se,vt suo loco dicendum est.Varios intellectus habet,prout Latina fert oratio,& modò per appositionem,modò per compositionem inuenitur,sed composita abijcit Nun , & Dages ponitur in sequenti consonante, quemadmodum in grammatica dictum est,quo loci etiam habes,quibus punctis vocalibus afficiatur.Dubitatur verò,quæ sit huius radix, nā aliquibus est propria,alijs מנן vel ממן . Et quidem in affixis modò suscipit alterum Mem,& modò nō,quæ omnia sunt hæc in Biblijs. מִן אוּמִנִּי מִנִּי מִנִּי אוֹ מִמֶּנִּי אוֹ מִנִּי מִמֶּנִּי מִמֶּךָּ מִמֶּכֶם מִמֶּכֶן מִמֶּנּוּ אוֹ מִנֵּהוּ אוֹ מִנֶּנּוּ אוֹ מִמֶּנָּה מִנָּהֶם A,ab,de, e,ex. [*Da,de.*] Aliàs מִנִּי est imperatiuus Chaldaicus verbi Pihel מְנָה . Efficit hæc particula varios Hebraismos elegantiarū plenos,& ingreditur constructionem multorum verborum, quæ omnia singillatim recensere,nimis longum esset,& eo amplius,cū ob frequentem eius vsum , facilia tibi futura sint . Quædam nos ex multis recensebimus.Deut.7.8. *Quia* מֵאַהֲבַת *ab amore(propter amorem)* Dei(in) סמך, ומשמרו *& a(propter) seruare , &c.* Et 17. 15. מִקֶּרֶב *De medio fratrum tuorum .* Et 33.11. *Et osores eius* מן *ex(illis,qui) insurgent.* Nota. Iud.11.30. *Non erat sibi* מִמֶּנּוּ *ex se filius vel filia.* Quidā ex Masarah censent, legendum esse מִמֶּנּה ex ea , quod necesse non est.Esa.30.1.*Ad faciendum consilium, & non* מִנִּי *ex me.*Et 44.2.*Sic dicit Dominus factor & creator tuꝰ,* (*qui*) *ab*(*statim ab*) *vtero auxiliatus est tui.* 1.Reg.1. 6.*Et non contristauit eum pater eius* מִיָּמָיו *a diebus suis.* (*Nū quàm,mai,mai.*]Psal.45.9. מן *Ex palatijs eburneis,* מִנִּי *ex* (*his,scilicet,quæ*)*lętificat.* Hæc præpositio infinitiuo adiuncta habet nonnūquàm vim negatiuam, vt Gen. 27. 1.*Et caligauerunt oculi eius* מֵרְאוֹת *a uidendo.*Ideſt, ne videre posset. Eleganter ponitur cū positiuo nomine cōparatiui loco,quo Hebręi carent.Magis, præ,plusquā, super[*Piu che.*]Eccles.7.1. *Bonū est nomen* מִשֶּׁמֶן *ab* (*prę*) *oleo bono.*Deut.7.7. *Non* מֵרֻבְּכֶם *a*(*propter*)*multitudine vestra* מִכָּל *a*(*præ*)*cūctis populis affectauit vos Dominus, & elegit vos,cum sitis parum* מִכָּל *ex omnibus populis.*Hebraismus, ideſt,pauciores omnibus . Hinc multæ inueniuntur sententię in sacris literis,in quibus dubitatur,quale nam מן sit, vt est illa Psal. 119. 98. מֵאֹיְבַי *Ex inimicis meis(vel præ inimicis meis) facis me sapientem,&c.*quæ il lic leguntur.Suscipit a capite per prothesin Lamed לְמִן ad augendum intellectum,vt Exo.9.18. לְמִן *A die fundationis eius.*Mich.7.12. לְמִצּוּר *Ab Assyria.* 1.Par.15.13. legitur per compositionem Lamed Mem & Beth simul ornatè.*Quia* לְמִבְּרֵאשִׁית *ab initio*[*a dal in principio*]*nō eratis vos.*Mem habet Patha loco Hirec .

Cæterum & in Chaldæo eadem præpositio est,& suscipit affixa,quæ sunt in Biblijs. מִן מִנִּי מִנָּךְ מִנָּהּ מִנָּהֶן מִנְּהוֹן Dan.2.8. מִן *De certo(vere)cognosco ego.* Et ver.23. *Quæ quæsiui* מִנָּךְ *a te.*Et ver.47. מִן *De veritate(vere)quòd Deꝰ vester est Deus Deorum.*Esd.5.13. מִן *Ex quo, &c.* Et 6.11. וּמִנִּי *Et ex me positum est, &c.*

Composita huius præpositionis quoquo modo fortasse sunt אֲבִימָאֵל מוֹאָב מוֹאָבִי מוֹאֲבִיָּה מִימִין מִנְיָמִין .

מן Nomen masculinum genere,sine plurali, & cum affixo מָנְךָ . Man, manna, ab Hebręa voce scilicet,quasi dicas,donum,datum,res destinata, ascripta; vide in sua radice inPihel מנה. [*Māna, dalla voce Ebrea detta.*]Exod.16.15. *Et dixerunt vnusquisque ad proximum suum* מָן הוּא *man(destinatum)est;quia nesciebant, quid esset.* Et ver. 31. *Appellauit verò domus Israel nomen eius* מָן *man,& erat sicut semen coriandri, alba, & gustus eius sicut placentæ cum melle.* Et ver. 33. *Et pone in eo gomerum plenum* מָן *manna.*Errant putantes, Israelitas, cum dicerēt מָן rogasse,quid esset, quia non Chaldaicè , sed Hebraicè in deserto loquebantur , & מָן Chaldaicum non quid significat,sed quis,vt mox habes.Adde,quòd potius זֶה quàm הוּא dicendum fuisset.Alij loci in quibus inuenitur hæc vox sunt hi .

אֲכֹלוּ אֶת מָן וגו' :	*Edere mannam &c. Exo. 16.35.*
וַיַּאֲכִלֵהוּ אֶת הַמָּן וגו' :	*Cibare manna, quoniam non cognoscis.Deut.8.3.*
הַמַּאֲכִלְךָ מָן בַּמִּדְבָּר וגו' :	*Cibare manna in deserto, &c.Deut. 8.16.*
וְלֹא הָיָה עוֹד לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל מָן	*Mannam non esse adhuc alicui. Ios. 5.12.*
וַיַּמְטֵר עֲלֵיהֶם מָן וגו' :	*Fluere mannam, &c. Psal. 78.24.*
וְהָיָה מָן כְּזֶרַע גַּד הוּא וגו' :	*Mannam esse sicut semen coriandri, &c. Num. 11.7.*
יָרַד הַמָּן עָלָיו :	*Mannam descendere super rore . Num.11.9.*
וּמָנְעָה לֹא מָנַעְתָּ מִפִּיהֶם :	*Non prohibere mannam ab ore alicuius.Neh.9. 20.*
בִּלְתִּי אֶל הַמָּן עֵינֵינוּ :	*Oculos esse tantùm ad mannam . Num. 11.6.*
וַיִּשְׁבֹּת הַמָּן מִמָּחֳרָת :	*Mannam cessare.Ios. 5.12.*

מן Pronomē Chaldaicum masculinū genere.Quis , qui.[*Colui,il quale.*] Hebraicè מִי dicitur . Dan. 3.6. וּמַן *Et qui nō ceciderit.*Aliàs verò מַן est imperatiuus verbi Pihel מְנָה .

מני Quære paulò inferius, suo loco proprio.

מנא Vide in radice מנה dictiones , quæ habent א loco ה , & eas obserua .

מנאץ Nomē Toar masculinum genere, quod semel legitur in Biblijs. Spretus, irritatione lacessitus.[*Sprezzato,irritato.*] Esa. 52. 5. *Et iugiter tota die nomen meum* מְנֻאָץ *est spretum.* Radix est נאץ .

מנגינה Nomen fœmininum genere, quod semel legitur in Biblijs cum affixo מִנְגִּינֹתָם . Organizatio,sonus,pulsatio.[*Suono,ballata.*] Thren. 3.21. *Ego sum* מִנְגִּינָתָם *pulsatio eorum.*Hebraismus,ideſt,de me musica ludunt.Radix est נגן .

מנוד Require paulò inferius, suo loco proprio.

מנדה Require superius in מִדָּה , & nota.

מנדע / **מנדעא** Nomen Chaldaicum masculinum genere,sine plurali,susciplens affixa,quæ sunt in Biblijs מִנְדַּע או מִנְדְּעִי או מִנְדַּעְתִּי . Scientia,cognitio. [*Scienza.*]Hebraicè ēt מַדָּע dicitur.Dan.2.21. וּמִנְדְּעָא *Et scientiā illis, qui cognoscunt intelligentiā.*Et 4.31. וּמִנְדְּעִי *Et scientia mea super me reuersa est.*Et ver.33.*In illo tempore* מִנְדְּעִי *cognitio mea reuersa est super.*Radix est etiam Hebraica ידע .

מנה Verbum Cal actiuum , ex quiescentibus Lamed He,sic flectitur in Biblijs .

מָנָה	Præteritum.
מוֹנֶה	Part.præs.
חְמָנֶה / יְמָנֶנּוּ	Futurum.
מְנֵה	Imperat.
לִמְנוֹת	Infinitiuus.

כנס	וְכִי נָשָׂא מַמְלַכְתּוֹ וגו' :	*Elcuare regnū alicuius. 2.Sam.5.12*
עיר	עָרֵי מַמְלֶכֶת עוֹג :	*Vrbes regni alicuius. Deut.3.10.*
עיר	כְּאַחַת עָרֵי הַמַּמְלָכָה : •	*Vna ciuitatum regni. Ios. 10.2.*
עיר	וְלָמָּה יֵשֵׁב עַבְדְּךָ בְּעִיר מַמְלַכְתֶּךָ עִמָּךְ :	*Sedere in ciuitate regni cum aliquo. 1.Sam.27.6.*
יולם	וּמַמְלַכְתְּךָ עַד עוֹלָם :	*Regnum esse vsque in sæculum. 2.Samuel.7.16.*
נכי	וְהָיְתָה בְּכָל צְנֵי מַמְלְכוּת וגו' :	*Complacentia regnorum.Esa.13.19*
קבץ	לִי קִבְצִי מַמְלָכוֹת :	*Congregare regna. Soph.3.8.*
קול	קוֹל שְׁאוֹן מַמְלְכוּת גּוֹיִם נֶאֱסָפִים :	*Vox strepitus regnorum gentium cō gregatarum.Esa.13.4.*
קום	וְעַתָּה מַמְלַכְתְּךָ לֹא תָקוּם :	*Regnum non surgere. 1.Sam.13.14*
קוס	וְקָמָה בְיָדְךָ מַמְלֶכֶת יִשְׂרָאֵל :	*Regnum surgere in manu alicuius.1. Sam.24.21.*
קרע	וַיִּקְרַע יְיָ אֶת הַמַּמְלָכָה מִיָּדֶךָ	*Scindere regnum de manu alicuius. 1.Sam.28.18.*
קרע	קָרַע אֶקְרַע אֶת הַמַּמְלָכָה מֵעָלֶיךָ :	*Scindere regnum desuper aliquo. 1.Reg.11.11.*
ראש	הִיא רֹאשׁ כָּל הַמַּמְלָכוֹת הָאֵלֶּה :	*Caput regnorum.Ios.11.10.*
ראשית	וַתְּהִי רֵאשִׁית מַמְלַכְתּוֹ בָּבֶל :	*Principium regni alicuius . Genes. 10.10.*
שוב	עַתָּה תָּשׁוּב הַמַּמְלָכָה מְבֵית דָּוִד :	*Regnum redire alicui. 1.Reg.12.25*
שפל	מַהְיוֹת מַמְלָכָה שְׁפָלָה :	*Regnum humile. Ezec.17.14.*
שקט	וַתִּשְׁקֹט הַמַּמְלָכָה לְפָנָיו :	*Regnum quiescere ante aliquem. 2. Par.14.4.*

Radix est מלך .

ממלכות Nomen fœmininum genere , sine plurali.Regnum, idem scilicet cum superiori,sed hoc rariꝰ legit. [*Regno, Signoria.*] Loci notādi.

תשבתי	וְהִשְׁבַּתִּי מַמְלְכוּת בֵּית יִשְׂרָאֵל :	*Cessare facere regnum.Hos.1.4.*
עיר	עָרֵי מַמְלְכוּת עוֹג בַּבָּשָׁן :	*Ciuitates regni alicuius.Ios.13.31.*
קרע	קָרַע יְיָ אֶת מַמְלְכוּת יִשְׂרָאֵל מֵעָלֶיךָ :	*Scindere regnum desuper aliquo. 1. Sam.15.27.*
ראשית	בְּרֵאשִׁית מַמְלְכוּת יְהוֹיָקִים וגו' :	*Principium regni.Ier.26.1.*

Radix est מלך .

ממסך Nomen formæ masculinæ,sine plurali, qđ bis tantum legitur in scriptura sacra.Infusio,mixti vini.s. [*Mescolamento di vino , vini di più sorti.*] Pro.23.30. *Veniētibus ad inquirendū* מִמְסָךְ *mixtionē.*Esa. 65.12.*Et replētes ipsi Meni* מִמְסָךְ *mixtionē.*Radix est מסך .

ממר Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs.Amaritudo. [*Amarezza.*] Pro. 17.25. וּמָמֵר *Et amaritudo genitrici suæ.*Radix est מרר .

ממרא Nomen propriū viri.Mamrè. [*Mamareo, ò Mambrino.*] Gen.13,18.*Et habitauit in querceto* מַמְרֵא *Mamre.*Hic fuit Amoręus genere frater Escoli & Aneri Abrahami confœderatorum, vt Gen.14.13. a quo ciuitas etiam denominata est. [*Mamarea.*] Gen, 23.17.*Qui est ante* מַמְרֵא *Mamre* . Hæc alio nomine a Iudæis dicta est חֶבְרוֹן , vt ibidem habes,ver.19. *In prospectu* מַמְרֵא *Mamre,quæ est Hebron.* Verū gigantes eā prius vocabant קִרְיַת אַרְבַּע , vt eodem capite 2.*Mortua est Sara in Ciriatharba , quæ est Hebron* . Habuit igitur tria nomina,Mamre,Ciriatharba, & Hebron vltimo loco.Hius compositum אֶלֹנֵי מַמְרֵא vide suo loco . Radix fortasis est מרא .

ממרורים Nomen plurale masculinum, quod semel legitur in Biblijs . [*Amarezze.*] Iob.9.18. *Quia saturabit me* מְמְרוֹרִים *amaritudinibus.* Hebraismꝰ elegās,i.infirmitatibꝰ,& hmōi.Radix est מרר .

eleganter a numerando, quasi numerus certus & definitus. Nonnullis mina pendebat libram vnam, hoc est cētum aureos. Nummorū nomina vide in כֶּכֶר. 1. Reg. 10.17. *Tres* מָנִים *mnas auri, &c.* Esd. 2.68. *Et argenti* מָנִים *mnas quinque mille.* Neh. 7.70. *Et argēti* מָנִים *mnas bis mille; & ducentas.* Et ver. 71. *Et argenti* מָנִים *mnas bis mille.* Alibi non inuenitur.

מִנְהָג Nomen formæ masculinæ, sine plurali, & in regimine מִנְהַג. Ductus, actus, ducatus. [*Il guidare, il condurre.*] 2. Reg. 9.20. יְהִמִּנְהָג כְּמִנְהַג יֵהוּא *Et ductus ille est sicut ductus Iehu.* Alibi non inuenitur. Radix est נהג.

מִנְהָרוֹת Nomē plurale fœmininum, quod semel legitur in Biblijs. Spelunçe, antra: sic eleganter dicta, vel ex propria radicis significatione, quòd in eis confluerent populus ob timorem hostium, vel vt alij volūt, ex sensu lucis, quæ in illis vnico aditu influit, vel certè est quasi Mem seruile sit, ideſt ex luminibus, supple in tenebras. Prior, & si nostra, magis arridet ratio. [*Spelonche, caue.*] Iud. 6.2. *Propter Madianitas fecerunt sibi Israelitæ* אֶת הַמְּנָהָרוֹת *antra, quæ sunt in montibus, & speluncas, & arces.* Radix est נהר.

מְנוֹד Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs in regimine מְנוֹד. Motio, commotio. [*Mouimento.*] Psal. 44.15. *Ponis nos prouerbiū inter gentes,* מְנוֹד *commotionem capitis inter populos.* Exprimit subsannantis morem. Radix est נוד.

מָנוֹחַ Nomē masculinum genere, & declinatione, suscipiens affixa, quæ sunt in Biblijs מְנוֹחַ מְנוּחֵי. Requies. [*Quiete, ripoſo.*] Septem vicibus tantum inuenitur.

מְנוּחַ הָאָרוֹן :	*Requies arcæ.* 1. Par. 6.16.
הֲלֹא אֲבַקֵּשׁ לָךְ מָנוֹחַ וגו' :	*Querere requiem mulieri.* (*vt nubat satagere.*) Ruth. 3.2.
וְלֹא יִהְיֶה מָנוֹחַ לְכַף רַגְלֶךָ:	*Requiem non esse plantæ pedis.* Deute. 28.65.
וְלֹא מָצְאָה הַיּוֹנָה מָנוֹחַ לְכַף רַגְלָהּ :	*Nō inuenire requiem plantæ pedis.* Gene. 8.9.
וּמָצְאוּ לָהּ מָנוֹחַ :	*Inuenire sibi requiem.* Esa. 34.14.
שׁוּבִי נַפְשִׁי לִמְנוּחָיְכִי :	*Animam redire ad requies suas.* Psal. 116.7.

Aliàs מָנוֹחַ est nomen propriū viri ex tribu Dan patris Samsonis. Manoah. [*Manoe.*] Iud. 13.2. *Et nomē eius* מָנוֹחַ *Manoah, &c.* Ibi vide omnia. Radix est נוח.

מְנוּחָה Nomen fœmininum genere, & declinatione, suscipiens affixa, quæ sunt in Biblijs. מְנוּחָה או מִנְחָה מְנוּחָתִי מְנוּחָתֵךְ מְנוּחָתוֹ Requies. [*Quiete, ripoſo.*] Loci aliquot obseruandi.

הוּא יִהְיֶה אִישׁ מְנוּחָה :	*Vir quietis.* 1. Par. 22.9.
כִּי לֹא בָאתֶם עַד עָתָּה אֶל הַמְּנוּחָה	*Non venire hactenus ad requiem.* Deut. 12.9.
אִם יְבֹאוּן אֶל מְנוּחָתִי :	*Venire ad requiem Dei.* Psal. 95.11.
לִבְנוֹת בַּיִת מְנוּחָה לַאֲרוֹן וגו' :	*Aedificare domus quietis alicui.* 1. Par. 28.2.
יְהִי נָא דְבַר אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ לְמְנוּחָה :	*Verbum alicuius esse quieti.* (*in quietem.*) 2. Sam. 14.20.
וְהָיְתָה מְנוּחָתוֹ כָּבוֹד :	*Quietem esse gloriam.* Esa. 11.10.
וְאֶת הַמְּנוּחָה הֵנִיחוּ לָעָיֵף :	*Tribuere quietem fesso.* Esa. 28.12.
עַל מֵי מְנוּחוֹת יְנַהֲלֵנִי :	*Ducere sup aquas quietis.* Ps. 23.2.
וְאֶת מְנוּחָתִי עֲדֵי עַד :	*Aliquid esse quietem alicuius semper.* Psal. 132.14.
כִּי לֹא וְאֶת חֲמָנוּחָה :	*Aliquid nō esse quietem.* Mich. 2.10
וּמְצָאן מְנוּחָה וגו' :	*Mulierem inuenire requiem.* (*Est nubere.*) Ruth. 1.9.
וּמְנוּחָה לֹא מָצְאתִי :	*Non inuenire requiem.* Ier. 45.3.
וְאֵי זֶה מָקוֹם מְנוּחָתִי :	*Locum esse quietē alicuius.* Esa. 66.1
אֲשֶׁר נָתַן מְנוּחָה לְעַמּוֹ :	*Dare requiem alicui.* 1. Reg. 8.56.
קוּמָה יי' לְמְנוּחָתֶךָ :	*Surgere quietisuæ.* Psal. 132.8.
וַיַּרְא מְנוּחָה וגו' :	*Videre quietem.* Gen. 49.15.
וּבִמְנוּחֹת שַׁאֲנַנוֹת :	*Manere in quietibus securis.* Esaias 32.18.
שַׂרְיָה שֹׁר מְנוּחָה :	*Princeps quietis.* Ier. 51.59.
לְתוּר לָהֶם מְנוּחָה :	*Explorare alicui quietē.* Nu. 10.33

Illud autem Iud. 20.43. *Insequuti sunt eum,* (*a*) מְנוּחָה *quiete ire fecerunt eum.* Aliquibus est nomen proprium loci. Menuchah. [*Menuca.*] Expende locum & omnes accuratius.

מָנוֹן Require paulò inferius, suo loco proprio.

מָנוֹס Nomen masculinum genere, sine plurali, & cum affixo מְנוּסִי. Fuga. [*Fuga, ſcampo.*] Loci obseruandi.

וְאֹבֵד מָנוֹס מִן הָרֹעִים :	*Fugam perire a pastoribus.* (*Ideſt nō posse fugere.*) Ier. 25.35.
וְאֹבַד מָנוֹס מִקָּל :	*Fugam perire a Leui.* Amos 2.14.
אֲבַד מָנוֹס מֶנִּי :	*Fugam perire ab aliquo.* Ps. 142.5.
וְמָנוֹס אָבַד מִנֶּהֶם	*Fugam perire ab aliquo.* Iob. 11.20
וּמְנוּסִי בְיוֹם צָרָה :	*Esse fugam alicuius in die angustiæ.* Ier. 16.19.
וּמָנוֹס בְּיוֹם צַר לִי :	*Esse fugam in die angustiæ alicuius.* Psal. 59.17.
מִשְׂגָּבִי וּמָנוֹסִי :	*Deum esse exaltationem, & fugam alicuius.* (*Ideſt qui dat ei, posse fugere, vel ad quem poteſt confugere.*) 2. Sam. 22.3.
וּמָנוֹס נָסוּ :	*Fugere fuga.* Ier. 46.5.

Radix est נוס.

מְנוֹסָה Nomen fœmininum genere, sine plurali, vertens He in Thau in regimine מְנוֹסַת. Fuga, idem cum superiori scilicet. [*Fuga, ſcampo.*] Esa. 52.12. וּבְמְנוּסָה *Et in(cum) fuga non ibitis.* Leuit. 26.36. *Et fugient* מְנוֹסַת *fuga gladij.* Hebraismus, ideſt non aliter ac si quispiam gladio districto eos insequeretur. Nec alibi forsitan inuenitur. Radix est נוס.

מְנוֹרָה Nomen fœmininum genere, & declinatione, vertens He in Thau in regimine, quæ sunt in Biblijs מְנוֹרָה מְנוֹרַת מְנֹרַת. Candelabrum, hastile, quo innititur lucerna, sic dictum eleganter vel a נור, quasi lucibulum, quòd habeat se ad נֵר, sicut totum ad suam partem, vel a מנר ideſt liciatorio, ob figuram sic appellatum. [*Candelieri.*] Erat inter instrumenta ministerio diuino dicata, cuius figuram vide Exod. 25.30. vngebaturq; sicut & alia instrumēta, quemadmodum habes Exo. 30.27. Loci aliquot obseruandi.

וּבִמְנֹרָה אַרְבָּעָה גְבִעִים וגו' :	*Scyphos esse in candelabro, &cæt.* Exo. 25.30.
וְהִנֵּה מְנוֹרַת זָהָב וגו' :	*Candelabrum auri, &c.* Zac. 4.2.
אֶת הַמְּנֹרָה הַטְּהֹרָה וגו' :	*Candelabrū mundū, &c.* Exo. 39.37
עַל יְמִין הַמְּנוֹרָה וְעַל שְׂמֹאלָה :	*Dextera & sinistra candelabri.* Zacharias 4.11.
וְאֶת הַמְּנֹרָה וְאֶת כֵּלֶיהָ :	(*Vngere*) *candelabrum & instrumēta eius.* Exo. 30.27.
וְלִמְנֹרוֹת הַכֶּסֶף :	*Candelabra argenti.* 1. Par. 28.15.
וְאֶת מְנֹרַת הַמָּאוֹר :	*Candelabrum luminaris.* Exo. 35.14
בְּמִשְׁקַל מְנוֹרָה וּמְנוֹרָה :	*Pondus candelabri, & candelabri.* 1. Par. 28.15.
מִקְשָׁה תֵּיעָשֶׂה הַמְּנוֹרָה :	*Candelabrum fieri soliditatem.* Exo. 25.30.
כַּעֲבוֹדַת מְנוֹרָה וּמְנוֹרָה :	*Factura candelabri & candelabri.* 1. Par. 28.15.

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erūt, vel ex synonimis desumes, quæ sunt חָשַׁב סֵךְ סֹפֵר פָּקַד תכן, vt suis locis habes. מָנָה est etiā nomen, vt mox habes. Numerauit. [*Numerare, leuar il conto.*] Duodecim vicibus tantum inuenitur.

הַחֵל לִמְנוֹת וְלֹא כִלָּה :	*Incipere ad numerandum, & non finire.* 1. Par. 27.24.
וַיֵּסֶת אֶת דָּוִד לִמְנוֹת אֶת יִשְׂרָאֵל :	*Incitare ad numerandum aliquos.* 1. Par. 21.1.
וְאַתָּה חְמֻנֵּה לְךָ חֵיל וגו' :	*Numerare sibi exercitum, &cæt.* 1. Reg. 20.25.
וּמְנִיתִי אֶתְכֶם לֶחָרֶב :	*Numerare aliquos gladio.* (*vt trucidentur.*) Esa. 65.13.
עַל יְדֵי מוֹנֶה וגו' :	*Transire sup manus numerantis.* Ier. 33.12.
לִמְנוֹת יָמֵינוּ כֵּן הוֹדַע :	*Scire facere ad numerandum dies.* Psal. 90.12.
לְךָ מְנֵה אֶת יִשְׂרָאֵל :	*Numerare Israelem.* 2. Sam. 24.1.
וְיִמְנוּ אֶת הַכֶּסֶף הַנִּמְצָא :	*Numerare argentum.* 2. Reg. 12.11.
מוֹנֶה מִסְפָּר לַכּוֹכָבִים :	*Numerare numerum stellis.* Psal. 147.4.
הֲלֹא אֲנִי אֲמַרְתִּי לִמְנוֹת בָּעָם :	*Numerare(in)populum.* 1. Paralip. 21.17.
אִם יוּכַל אִישׁ לִמְנוֹת אֶת עֲפַר הָאָרֶץ :	*Posse numerare puluerem terræ,* Gen. 13.16.
מִי מָנָה עֲפַר יַעֲקֹב :	*Numerare puluerem Iacob.* Num. 23.10.

Cæterum & in Chaldaico idiomate hoc verbum idē significat, quod in Biblijs habet has voces tantū in præterito מְנָא אֲמַנְיָה. Dan. 5.25. מְנָא מְנָא *Numerauit, numerauit.* Et ver. 26. מְנָא מְנָה *Menè, (ideſt) numerauit Deus regnum tuum.* Deriuatiua huius & cōposita sunt אֲחִימָן יְמָנָה מָן מְנָה מְנָה מְנֵה מְנִי מנין מִנִּים מִנְיָת נְמָנָה חְמֵנִי חְמֻנְתָּה חִמְנֻת חֹמֶשׁ או חמנת סדרה :

מִנָּה Verbum Pihel actiuum, ex quiescentibus Lamed He, sic flectitur in Biblijs.

מִנָּה / מִנּוּ	Præteritum.
מְמַנִּים	Part. pass.
וַיְמַן	Futurum.
מַן	Imperat.

Cætera, si opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grammaticales. מַן aliàs est pronomē Chaldaicum, vt suo loco habes. Numerauit, idem scilicet cum suo Cal. [*Nouerare.*] Sæpius per translationem elegāter est destinauit, deputauit, præparauit, quasi numero præfecit, vel ad numerum exhibuit. [*Apparecchiare, ordinare, apprestare.*] Hinc etiam pro constituere, præficere vsurpatur. Inuenitur in sequentibus locis tantummodo.

וַיְמַן לָהֶם הַמֶּלֶךְ דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ :	*Deputare alicui verbum (res) dici in die suo.* Dan. 1.5.
וַיְמַן יי' דָּג גָּדוֹל וגו' :	*Destinare piscem magnum.* Ion. 1.17
חֶסֶד וֶאֱמֶת מַן יְנַצְּרֻהוּ :	*Destinare pietatem & veritatem.* Psalm. 61.8.
וּמִמֶּם מְמֻנִּים עַל הַכֵּלִים וגו' :	*Deputati super instrumentis, &cæt.* 1. Par. 9.30.
אֲשֶׁר מִנָּה אֶת מַאֲכַלְכֶם וְאֶת מִשְׁתֵּיכֶם :	*Deputare cibum & potum alicuius.* Dan. 1.10.
אֲשֶׁר מִנָּה שַׂר הַסָּרִיסִים עַל דָּנִיֵּאל וגו' :	*Deputare aliquem super eliquo.* Daniel. 1.11.
וְלֵילוֹת עָמָל מָנוּ לִי :	*Noctes numerare laborē alicui. vel numerare noctes laboris.* Iob. 7.3
וַיְמַן יי' אֱלֹהִים קִיקָיוֹן :	*Deputare cucurbitam.* Ion. 4.6.
וַיְמַן אֱלֹהִים רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית :	*Præparare ventum orientalem.* Ion. 4.8.
וַיְמַן תּוֹלַעַת לַאֲכָלָה :	*Præparare vermem.* Ion. 4.7.

Cæterum & in Chaldęo hoc verbum eadem Phrasi pro deputare vel præficere vsurpatur, & in Biblijs habet has voces tantum.

מַנִּי	Præteritum.
מְנִי	Imperat

Dan. 2.24. *Quem* מַנִּי *destinauerat rex ad interficiendum sapientes Babylonicos.* Et ver. 49. מַנִּי *Et deputauit super opere, &c.* Et 3.11. *Quos* מַנִּית *præfecisti, &c.* Esd. 7.25. *Tu verò Esdra pro sapientia Dei tui, quæ est in manu tua,* מַנִּי *deputa iudices, &c.* Aliàs hoc מַנִּי est a מִן ppositione; ibi vide.

מָנָה Est tertia præteriti verbi Cal, vt suo loco diximus. Aliàs est nomen fœmininum genere, & declinatione, vertens He in Thau in regimine; & in plurali aliquando assumit Aleph & Iod, & suscipit affixa, & ter in regimine singulari habet Camez vel librariorū errore, vel (vt aliquibus placet) quòd deficiat affixum, vel certè est altera forma cum Thau hecmantico, quæ omnia sunt in Biblijs מָנָה מָנַת מְנַת מְנוֹת מָנוֹת מְנִיַּת מְנִיָּת מְנוֹתֶיהָ. Portio, pars, datum, donū, sic dictum eleganter per trāslationem, quasi id, quod alicui numero destinatū est; vt in superiori Pihel. [*Parte, dono presente.*] Duabus & viginti vicibus inuenitur.

וְהָיָה לְךָ לְמָנָה :	*Pectus esse portioni* (*in portionem*) *sacerdoti.* Exo. 29.26.
לֹא תִהְיֶה שׁוֹק הַיְמִין לְמָנָה :	*Armum dexterum esse portioni* (*in portionem*) *sacerdoti.* Leuit. 7.23
מְנוֹת שׁוּעָלִים יִהְיוּ :	*Esse partem vulpium.* Psal. 63.11.
יי' מְנַת חֶלְקִי וְכוֹסִי :	*Dominum esse portionem partis alicuius.* Psal. 17.5.
לַחֵת מְנוֹת הַכֹּהֲנִים וְהַלְוִיִּם :	*Dare portionem sacerdotum & Leuitarum.* 2. Par. 31.4.
לַחֵת מְנוֹת לְכָל זָכָר בַּכֹּהֲנִים וגו' :	*Dare portiones omni masculo sacerdotum, &c.* 2. Par. 31.19.
וְרוּחַ זַלְעָפוֹת כּוֹס מְנָתָם :	*Spiritum tremorum esse portionem calicis alicuius.* Psal. 11.6.
כִּי מְנוֹת הַלְוִיִּם לֹא נִתָּנָה :	*Portiones Leuitarum non dari.* Nehem. 13.10.
מְנַת מִדָּתְךָ מֵאִתִּי :	*Portio mensurarum alicuius ab aliquo.* Ier. 13.24.
וּמְנַת הַמֶּלֶךְ מִן רְכוּשׁוֹ	*Portio regis de substantia illius.* 2. Par. 31.3.
וּמִשְׁלֹחַ מָנוֹת וגו' :	*Missio portionum, &c.* Est. 9.19.
וְנָתַן לְפִנָּיָה וגו' מָנוֹת :	*Dari vxori & filijs partes.* 1. Samuel. 1.4.
וְלִחְנָה יִתֵּן מָנָה אַחַת אַפַּיִם :	*Dare portionem furorum.* 1. Sam. 1.5. *Vide* אַף.
תֵּנָה אֶת הַמָּנָה אֲשֶׁר וגו' :	*Dare portionem, &c.* 1. Sam. 9.22.
וְאֶת מָנוֹתֶיהָ לַחֵת לָהּ :	*Dare portiones suas alicui.* Est. 2.9.
נֹתְנִים מָנוֹת הַמְשֹׁרְרִים וגו' :	*Dare portiones cantorum & hostiariorum.* Neh. 12.47.
וְשִׁלְחוּ מָנוֹת לְאֵין נָכוֹן לוֹ :	*Mittere portiones cui non sit præparatum.* Neh. 8.11.
מְנָאוֹת הַתּוֹדָה לַכֹּהֲנִים וגו'	*Colligere portiones cōfessionis, &c.* Neh. 12.44.

מָנֶה Nomen masculinum genere, & declinatione מָנִים. Mna, siue Mina ab Hebręa voce videlicet, As. [*Doppione, vna moneta.*] Erat monetæ species cōtinentis sexaginta siclos, quemadmodum apparet ex Ezechiele cap. 45.12. *Siclus erit viginti obolorum. Viginti quinque siclorum, triginta siclorum, & quinque siclorū erit* מָנֶה *Mna vobis.* Ex hac descriptione videtur, minam nō fuisse monetam vnam, sed quod ex tribus monetis cōficiebatur, quarum altera vigintiquinque, altera triginta, & tertia quindecim siclos cōtinebat, מָנֶה dicebatur eleganter

מְנִים Nomen plurale masculinũ genere, quod semel legitur in Biblijs, nec satis certum est, ex qua radice sit, & quid propriè significet. Omnibus radix est מין vel מן & ex loci coniectura videtur, musicum instrumentum fuisse, a varijs forsitan & numero quodam inter se distinctis chordis dictũ, modò à מנה etiam deducere velimus. Quidam arbitrantur esse plurale מִן, & species simpliciter exponunt, musicorum instrumentorum videlicet. Quòd si cõiectare licet, ego dicerem מנים esse potius nomen singulare, instrumentum quidem musicum significãs, sed quale nobis ignotum. Vulgata translatio chordas habet. Psal. 150.4. *Laudate eum בְּמִנִּים in Minimo, & organo.* Expende locum accuratius & omnes.

מְנוֹן Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs, & incertum est, ex qua radice sit, & ob hanc causam etiam, quid propriè significet. Nam si radix sit ינה, vt quidam arbitrati sunt, afflictionẽ, oppressionem interpretari licebit; si verò נון secũdũ alios, filium, vel potius eum, qui ius filiorum sibi vendicat, significabit. Latini carent nomine correspondente. Filiationem dicemus voce barbara, docendi gratia. [*Vilania di parole, & di fatti, ouero figliatione, figliato, adottato, fatto come figliuolo.*] Pro. 29. 21. *Qui delicatè nutrit a pueritia seruum suum, vltimum eius (certè) erit מְנוֹן filiatio (afflictio.)* Expende locum & omnes diligentius.

מְנוֹס
מְנוֹסָה } Require paulò superius, suo loco proprio.

מָנַע Verbum Cal actiuum, perfectum, suscipiẽs affixa, sic flectitur in Biblijs.

מָנַע מָנַעְתִּי מְנָעַנִי מְנָעֶךָ	Præteritum.
מָנוּעַ	Part. præs.
מְנֹעַ	Futurum.
אֶמְנַע תִּמְנַע יִמְנַע יִמְנָעֵנִי יִמְנָעֶנָּה	
מְנַע	Imperat.
מִנְעִי	

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt. Pahul tamen potius efferrem per Niphal נִמְנַע & חָמַנְתָּ, sunt etiam nomina, vt suis locis habes. Veruit, prohibuit. [*Vietare.*] Synonima sunt חָדַל חָשַׂךְ כָּלָא נִכְצַר עָצַר, quæ suis locis vide. Efficit hoc verbũ nõnullos idiotismos elegãtiarũ plenos, vt in sequẽtib⁹.

מנע	אֲשֶׁר מְנָעֲךָ יי׳ מִבּוֹא בְּדִמִּים:	*Prohibere aliquem ab eundo in sanguinibus. 1. Sam. 25.26.*
כר	מֹנֵעַ בַּר יִקְּבְהוּ לְאֻמִּים:	*Prohibere triticum. Pro. 11.26.*
גשם	וְגַם אָנֹכִי מָנַעְתִּי מִכֶּם אֶת הַגֶּשֶׁם:	*Prohibere pluuiam ab aliquibus. Amos 4. 7.*
דבר	לֹא אֶמְנַע מִכֶּם דָּבָר:	*Non prohibere verbum (aliquid) ab aliquo. Ier. 42. 4.*
שרע	אֲשֶׁר מְנָעֲנִי מֵהָרֵעַ אֹתָךְ:	*Prohibere a malefaciendo. 1. Sam. 25. 24.*
תוך	וימנענה בתוך חכי:	*Prohibere (retinere) malum in medio palati. Iob. 20.13.*
חמן	אִם אֶמְנַע מֵחֶפְצָן דַּלִּים:	*Prohibere pauperes ab appetitu. Iob. 31. 16.*
חרב	וְאָרוּר מֹנֵעַ חַרְבּוֹ מִדָּם:	*Prohibere gladium a sanguine. Ier. 48. 10.*
טוב	וְחַטֹּאותֵיכֶם מָנְעוּ טוֹב מִכֶּם:	*Peccata prohibere bonum ab aliquo. Ier. 5. 26.*
טוב	לֹא יִמְנַע טוֹב לַהֹלְכִים בְּתֻמִּים:	*Non prohibere bonum alicui. Psal. 84. 12.*
כבד	וּמַתְּנָה מָנְעָךְ יי׳ מִכָּבוֹד:	*Prohibere aliquem a gloria. Num. 24. 12.*

שלח שְׁלַח בְּרֵאדֶךָ וגו וּמִנְחָה אֶל חוקידו: *Mittere literas et munus ad aliquẽ. 2. Reg. 20. 12.*

שית יִשַּׂע יי׳ אֶל הֶבֶל וְאֶל מִנְחָתוֹ *Aſpicere ad mun⁹ alicuius. Gen. 4.4*

תורם וְאֵת תְּרוּמַת הַמִּנְחָה: *Lex oblationis. Leuit. 6.7.*

תמיד מִנְחַת הַתָּמִיד: *Oblatio continui. Num. 4.16.*

Cæterum & in Chaldaico idiomate hoc nomen idẽ significat, quod in Biblijs habet has voces tãtum. מִנְחָה מִנְחָתְהוֹן. Dan. 2. 46. וּמִנְחָה *Et oblationem & sacrificia dixit, vt libarent ei.* Esd. 7.17. וּמִנְחָתְהוֹן *Et oblationem eorum.*

מְנַחֵם Est participium verbi Pihel נָחַם, vt suo loco diximus. Aliàs verò est nomen propriũ regis Israel. Menahem. [*Menachemo.*] 2. Reg. 15.14. *Et ascendit מְנַחֵם Menachem filius Gadi ex Tirza, & venit Samariam, & percussit Salum filium Iabes in Samaria, & interfecit eũ, & regnauit pro eo.* Ibi vide oĩa. Radix est נחם.

מְנַחֵת Nomen proprium filij Sobal ex stirpe Seir. Menahath. [*Menato.*] Genes. 36. 24. וּמְנַחַת *Et Menahat.*

Est insuper nomen ciuitatis. [*Manata.*] 1. Par. 8.6. *Et transmigrare fecerunt eos ad מְנַחַת Manahath.* Radix fortassis est נוח.

מְנִי Est a præpositione מִן cum Iod paragogico, & affixo, vt illic habes. Aliàs est nomen propriũ Prouinciæ, quam Armeniam minorem esse putant. Mini. [*Minia, Armenia.*] Ier. 51.27. *Conclamate aduersus eã regna Ararat, מִנִּי Miniæ, &c.* Targum pro hoc habet, exercitum חוּרְמִנִי Hurmeniarum.

מְנִי Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs, nec satis certum est, quid propriè significet. Ego simpliciter numerationem, numerum interpretor. [*Numeratione, numero.*] Esa. 65.12. *Et qui impletis לְמִנִי numerationi libamen.* Idololatriæ genus Pythagoreorũ more. Quidam cõiectant esse Mercurium, alij numerum septem planetarum. Expende locum & omnes accuratius. Radix est מנה.

מְנִימִין Nomen proprium sacerdotis, qui & מִיָּמִין dicebatur. Miniamin. [*Miniamino.*] Nehe. 12.17. לְמִנְיָמִין *Miniamino, &c.*

Fuit alter Miniamin Leuites, de quo 2. Par. 31. 15. וּמִנְיָמִין *Et Miniamin.* Compositum est ex מן & ימין.

מִנְיָן Nomen Chaldaicum formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs in regimine מִנְיַן. Numeratio, numerus. [*Numero.*] *Esd.* 6. 17. לְמִנְיַן *Numero (iuxta numerum) tribuum Israelis.* Radix est etiã Hebraica מנה, ibi vide.

מְנִיוֹת Require superius in מָנָה nomine, ex quo fit hoc plurale cum Iod.

מְנַכָּא Nomẽ Chaldaicũ, de quo dubitatur, quid propriè sit, quamuis certum sit, ornamentum quoddam colli esse, & semper scribitur cum Vau superabundanti מוּנְכָא. Manica, ex Chaldaica voce scilicet; torques. [*Stola, collana.*] Dan. 5. 7. וְהַמּוּנְכָא *Et torques auri sup collũ eius, &c.* Forsitan est, equitẽ designare,

מִנְלָה Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs cum affixo מִנְלָם, nec satis patet, quid propriè significet, quamuis communiori sententia cõsummationem, perfectionem omnes ferè interpretati sint. [*Compimento.*] Iob. 15. 29. *Nec extendet se in terram מִנְלָם perfectio eorum.* Locus dilucidandus, Radix est גלם.

מִנִּים Nomen plurale, quod bis tantum legitur in scriptura sacra. Vices, quasi numeros, aut partes. [*Volte, fiate.*] Vide פַּעַם. Gene. 31.7. *Et mutauit mercedem meam decem מִנִּים vicibus.* Et ver. 41. *Mutastique mercedem meam decem מִנִּים vicibus.* Radix est מנה.

מְנֹרִים Nomen plurale masculinum, quod semel legitur in Biblijs cum affixo מְנוֹרֶיהָ. Principes, reges, quasi separatos a plebe dicas. [*Signori, Principi.*] Nah. 3. 17. מְנוֹרֶיךָ *Principes tui sunt quasi locustæ.* Radix est נזר.

מַנָּח Nomen masculinum genere, sine plurali. Demissio, derelictio. [*Abbandonamento, lasciamẽto.*] Ezec. 41.9. *Et quod (erat)* מְנַח *demissio domus laterum templi.* Et ver. 11. *Et porta lateris* מַמְנַח *derelictioni, porta vna aquilonem versus, & porta vna ad meridiem, & latitudo loci* מַמְנַח *derelictionis (erat) quinque cubitorum per gyrum.* Hebraismus, idest locus vacuus. Nonnullis est Pahul ex Hiphil, quod non placet, nec alibi inuenitur. Radix est ינח vel נוח.

מָנוֹחַ
מְנוּחָה } Require paulò superius, suo loco proprio.

מִנְחָה Nomen fœmininum genere, & declinatione, vertens He in Thau in regimine, & suscipiẽs affixa, quæ sunt in Biblijs מִנְחָה מִנְחַת מִנְחָתִי מִנְחָתְךָ מִנְחָתֵךְ מִנְחָתוֹ מִנְחָתָהּ מִנְחָתֵנוּ מִנְחָתְכֶם מִנְחָתָם מִנְחָתָן. Munus, donum. [*Presente, dono.*] Synonima sunt, אִשֶּׁה בְּרָכָה מַתָּן שַׁי תְּרוּמָה quę diligentius vide suis locis. Hinc מִנְחָה sumitur pro oblatione, sacrificio vespertino & matutino. [*Offerta, dono che si da à Dio.*] Arctius verò ponitur pro sacrificio farinaceo, cuius sex species afferuntur Leuit 2. in quo differt a קָרְבָּן, quod generaliter oblationem quamlibet etiam de pecoribus & auibus significat. Sumitur insuper eleganter pro oratione, quæ fit tempore illius oblationis. Dubitatur verò de radice, an sit propria, vt nõnulli arbitrati sunt, & tunc ratio nominis ignota esset, quare alijs est potius נחה a ducendo satis ornatè sic dictum. Loci aliquot obseruandi.

עשה	וְעָשִׂיתָ מְנֹרַת זָהָב טָהוֹר:	*Facere candelabrum auri puri, &c. Exo. 25.30.*
קנם	וְשִׁשָּׁה קָנִי מְנֹרָה מִצִּדָּהּ הַשֵּׁנִי:	*Calami candelabri, &c. Exo. 25.31.*
קנם	לְשִׁשָּׁה הַקָּנִים הַיֹּצְאִים מִן הַמְּנֹרָה:	*Calamos egredi ex candelabro. Exo. 25. 32.*

	וַיִּכְוְנוּ אֶת הַ מִּנְחָה:	*Aptare munus. Gen. 43.25.*
	אֲכַפְּרָה פָּנָיו בַּמִּנְחָה הַהֹלֶכֶת לְפָנָי	*Placare (in) munere, quod vadit ante te. Gen. 32.21.*
	וְהָנֵף אֶת הַמִּנְחָה לִפְנֵי יי׳:	*Agitare oblationes coram Domino. Num. 5.25.*
	לֹא הָעֲבַדְתִּיךָ בְּמִנְחָה וגו׳:	*Non seruire facere in munere. Esa. 43. 23.*
	לֹא הַעֲלֵתָ עָלַי וגו׳ וְמִנְחָה:	*Non facere ascendere super ara oblationem. Exo. 30.9.*
	וְלֹא הֶעֱלֵתָה מִנְחָה לְמֶלֶךְ וגו׳:	*Non ascendere facere munus alicui, &c. 2. Reg. 17.4.*
	וַיַּקְטֵר אֶת עֹלָתוֹ וְאֶת מִנְחָתוֹ	*Suffire oblationem. 2. Reg. 16. 13.*
	וְהַקְרִבֹתֶם מִנְחָה חֲדָשָׁה לַיי׳	*Offerre oblationem nouam Domino. Leuit. 23. 16.*
	וַיַּקְרֵב אֶת הַמִּנְחָה לְעֻגְלוֹן:	*Offerre munus alicui. Iud. 4. 6.*
	אִם יי׳ הֵסִיתְךָ בִּי יָרַח מִנְחָה:	*Odorare oblationem. 1. Sam. 26.19.*
	וְיָשֹׁב לוֹ מִנְחָה:	*Reddere alicui munus. 2. Reg. 17..3.*
	יִשְׁבִּית זֶבַח וּמִנְחָה:	*Cessare facere oblationẽ. Dan. 9. 28.*
	יִזְכֹּר כָּל מִנְחָתֵךְ:	*Recordari oblationum. Psal. 20.4.*
	מִנְחַת זִכָּרוֹן מְבִיאַת עָוֹן:	*Oblatio memoriæ ad memoriam reducens iniquitatem. Num. 5.15.*
	זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ:	*Non velle oblationem. Psal. 40. 7.*
	וּמִנְחָה שְׁחוֹרָה וגו׳:	*Oblatio munda. Mal. 1.11.*
	כִּי תַקְרִב קָרְבַּן מִנְחָה לַיי׳:	*Offerre corban muneris Domino, etc. Ibi vide omnia. Leuit. 2.1.*
	וְכָל מִנְחַת כֹּהֵן וגו׳:	*Oblatio sacerdotis, &c. Leuit. 6.16.*
	וְיִקַּח מִן הַבָּא בְּיָדוֹ מִנְחָה לְעֵשָׂו אֲחִיו:	*Accipere de eo, quod venit in manum, munus alicui. Gen. 32.14.*
	וְלָקַחְתָּ מִנְחָתִי מִיָּדִי:	*Accipere munus de manu alicuius. Gen. 33. 10.*
	קַח בִּירִדְּ מִנְחָה:	*Accipere munus ĩ manu. 2. Reg. 8.8*
	וּבַת צֹר בְּמִנְחָה:	*Aliquem esse in munus. Locus diluci dandus. Psal. 45.13.*
	וְכָל מִנְחָה אֲשֶׁר תֵּאָפֶה בַּתַּנּוּר	*Oblationem coqui in furno. Leuit. 6. 32.*
	כִּי נָאְצוּ הָאֲנָשִׁים אֶת מִנְחַת יי׳:	*Irritare oblationem Domini. 1. Sam. 2. 17.*
	וְהִנְתִּרְתָּ מִן הַמִּנְחָה וגו׳:	*Supereſſe de oblatione. Leuit. 2. 3.*
	קָחוּ אֶת הַמִּנְחָה הַנּוֹתֶרֶת וגו׳:	*Oblatio reſtans, &c. Leuit. 10. 12.*
	הַכְרֵת מִנְחָה וְנֵסֶךְ וגו׳:	*Oblationem et libamen excindi, &c. Ioel. 1. 9.*
	נְשֹׂאוּ מִנְחָה:	*Leuare (portare) munus. 2. Sam. 8. 2*
	שְׂאוּ מִנְחָה וגו׳:	*Portare munus. Psal. 96.8.*
	וַיִּתְּנוּ הָעַכְּנִים מִנְחָה לָעֻזִּיָּהוּ	*Dare munus alicui. 2. Par. 26.8.*
	וַעֲבַדוּ זֶבַח וּמִנְחָה:	*Operari oblationem, &c. Esa. 19. 21.*
	תַּעֲבֹר הַמִּנְחָה עַל פָּנָיו:	*Munus transire super facie alicuius. Gen. 32.22.*
	עַד לַעֲלוֹת הַמִּנְחָה:	*Oblationem (vespere) ascendere. 1. Reg. 18.29.*
	וַיְהִי בַּבֹּקֶר כַּעֲלוֹת הַמִּנְחָה:	*Oblationem (mane) ascendere. 2. Reg. 3. 20.*
	עַד לְמִנְחַת הָעֶרֶב:	*Oblatio vesperi. Esd. 9.4.*
	כְּמִשְׁאֵת כַּפֵּי מִנְחַת עָרֶב:	*Oblatio vesperi. Psal. 141.2.*
	וְעָרְבָה לַיי׳ מִנְחַת יְהוּדָה וגו׳:	*Oblationem gratũ esse Domino, &c. Mal. 3.4.*
	יַעֲשֶׂה מִנְחָה וגו׳:	*Facere aliquid oblationẽ. Ezc. 46.7*
	כְּעֵת מִנְחַת עָרֶב:	*Tempus oblationis vesperi. Daniel. 9. 22.*
	מֵאַיִן עֹדֵד פְּנוֹת אֶל הַמִּנְחָה:	*Aſpicere ad oblationem. Mal. 2.13.*
	תַּפְנֵי מִנְחַת פִּתִּים וגו׳:	*Coctiones oblationis buccellarum, &c. Leuit. 6.14.*
	כִּימִנְחַת קְנָאוֹת הוּא:	*Oblatio zelotipiæ. Num. 5.15.*
	וּמִנְחָתְכֶם לֹא אֶרְצֶה:	*Non velle oblationes. Amos 5. 22.*
	מִנְחָה הוּא שֹׁלַח לַאדֹנִי:	*Munus missum alicui. Gen. 32.19.*

Mitte-

מוסר
מוסד
מוסדה
מוסדים
מוסדות
} Require superius in מ ante ס, suo loco proprio.

מסדרן Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs cum He aduerbiali, in fine מסדרנה, nec satis certum est, quid propriè significet. Omnes ferè authoritate translationis Chaldaicę suffulti in eam sententiam vadunt, vt arbitrentur, locū significari, in quo sit ordinata sedilium dispositio; subsellium. [*Luogo, doue sono molte sedie per ordine da sedere, camera dell'audienza d'alcun Signore.*] Iud. 4.12. *Et egressus est Ehud* הַמִּסְדְּרוֹנָה *in subsellium.* Expende locum & omnes accuratius. Radix est סדר.

מסה Hinc deducitur verbum Hiphil הִמְסָה, & fortasis etiam nomen מֵסִים, de quibus suo loco dicendum est.

מסה Nomen fœmininum genere, quod semel legitur in Biblijs in regimine מַסַּת, & dubitatur ex qua radice sit, & quid propriè significet. Nonnulli Chaldaicam vocem esse putãtes sufficientiam interpretantur. Alijs a radice מסס est contributio, tributū. Mihi vnà cum Aben Esdra radix est נסה, & elevationē, vel certè (quicquid dicant cæteri) experimẽtum, probationem interpretor. [*Isperientia, proua.*] Deut. 16.15. *Et facies solennitatem hebdomadarũ Domino Deo tuo,* מַסַּת *experimentum voluntarij manus tuę.* Expende locum & omnes accuratius.

מסה Nomen fœmininum genere, & declinatione, verteus He in Thau in regimine, quæ sunt in Biblijs מַסָּה מַסַּת מַסּוֹת. Tẽtatio, probatio, experimentum. [*Proua, isperienza.*] Loci notandi.

הַמַּסֹּת הַגְּדֹלֹת וגו׳ :	*Videre tentationes magnas. Deut.* 7.19. & 29.3.
בְּיוֹם מַסָּה בַּמִּדְבָּר :	*Dies tentationis. Psal.* 95.8.
לְמַסַּת נְקִים יִוָּדֵעַ :	*Deridere tentationi(onẽ) purorũ hominũ. Iob.* 9.23. *Nõnullis hoc est a radice* מסס, *& dissolutionem, liquefactionẽ interpretãtur, quod penitus absurdum non est.*
לָקַחַת לוֹ גוֹי מִקֶּרֶב גּוֹי בְּמַסֹּת וגו׳ :	*Capere gentẽ de medio gẽtis in(cũ) experimentis &c. Deut.* 4.34.

Hinc locus ille in deserto, vbi percussa petra fluxerunt aquæ Israelitis Dominū tentantibus, מַסָּה dictus est. [*La Massa.*] Exod. 17.7. *Et vocauit nomen loci illius* מַסָּה *Masah, & Meribah, &c.* Deut. 6.16. *Quemadmodum tentastis* בְּמַסָּה *in Masah.* Et 33.8. *Quem tentasti in Masah.* Nec alibi fortasse legitur. Radix est נסה.

מסורה Nomen formæ masculinæ, quod ter legitur in Biblijs, nec satis certum est, quid propriè significet, quamuis ex loci coniectura omnes velum, velamen interpretentur. [*Velo, facciuolo.*] Vide צָעִיף. Diuus Paulus καλυμμα tegmen vertit. Eo vtebatur Moses postquàm descendit è monte Sinai. Exo. 34.33. *Et perfecit Moses loqui cum eis, deditq; (posuit) super faciem suã* מַסְוֶה *velamen. Vadens autem Moses ante Dominum ad loquendum cum illo, auferebat* אֶת הַמַּסְוֶה *velamen, quoad egrediebatur, & egressus loquebatur ad Israelitas. Et viderunt Israelitæ faciem Mosis, quòd resplẽduisset cutis faciei illius; re-*

Dissolutioni (dissoluto) proximus eius pietatem & timorem Dei derelinquet? Hoc est, ęquum ne est, amicum in necessitate derelinquere? Locus obscur⁹ dilucidādus.

מסס Duplicatum vide inferius, suo loco proprio.

מסב Nomen masculinū genere, cum duplici plurali, suscipiens affixa, quæ sunt in Biblijs.

מַר Nomen formæ masculinæ, sine plurali, quod semel, vel bis, vt alijs placet, inuenitur in Biblijs. Gutta, stilla. [*Goccia, doccia.*] Esa. 40. 15. *Ecce gentes* כְּמַר *sicut gutta ex situla, &c.* Eccles. 7. 28. *Et inuenio ego* מַר *guttam ex morte esse mulierem.* Radix mihi est propria, & vocis etymon ignoratˉ, nam rationes amaritudinis & mutationis a quibusdam allatæ satis frigent. Aliàs verò est verbum & nomen ex radice מרר , ibi vide.

מָרִי Require inferius, suo loco proprio.

מרר Duplicata omnia habentur inferius, suo loco proprio.

מוֹרָא Require superius in מ ante ו , suo loco proprio.

מָרָא Cognomen Naomi, quod illa sibi imposuit ob euentus contrarios, quasi מָרָה , verso He in Aleph ad augendam dictionis significationem. Mara, idest amarissima. [*Amara.*] Ruth. 1. 20. *Vocate mihi (me)* מָרָא *Maram, quia amarificauit me, &c.* Radix est מרר .

מָרִיא Nomen masculinum genere, & declinatione, susceipiens affixa, quæ sunt in Biblijs מָרִיא מָרְיֵי מָרְיֵיכֶם . Dubitatur autem, quid propriè significet, nam alij bubalum, alij generalius altile, fagina tum, animans pingue interpretati sunt. [*Animal ingrassato.*] Octo vicibus inuenitur.

מְרִיאֵי בָשָׁן נְקֵלָם :	*Altilia Basan. Ezec. 39. 18.*
וְזִבַּח שׁוֹר וּמָרִיא :	*Sacrificare bouem, & saginatum. 2. Sam. 6. 13.*
וַיִּזְבַּח צֹאן וּבָקָר וּמָרִיא :	*Sacrificare ouem & bouem, & saginatum. 1. Reg. 1. 9.*
וַיִּזְבַּח שׁוֹר וּמָרִיא וַצֹּאן לָרֹב	*Sacrificare bouem, & saginatum, & ouem in immensum. 1. Reg. 1. 19. & 25.*
וְחֵלֶב מְרִיאִים :	*Saturari adipe saginatorũ. Esa. 1. 11*
וְעֵגֶל וְכְפִיר וּמְרִיא יַחְדָּו וגו' :	*Vitulum, & leonem, & altile esse simul, &c. Esa. 11. 6.*
וְשֶׁלֶם מְרִיאֵכֶם לֹא אַבִּיט :	*Non aspicere pacificum pinguium. Amos 5. 22.*

Deriuatiuum huius est המריא & forsitan etiã מַמְרֵא

מָרֵא Nomen Syriacum masculinum genere, & cũ affixo מָרְאִי . Dominus. [*Signore.*] Hebraicè diceres. Dan. 2. 47. וּמָרֵא *Et dominus regum.* Et 4. 16.

מְקֻשָּׁה עֲשֶׂה אֶת הַמְּנוֹרָה :	*Facere candelabrum soliditatem. Exod. 37. 17.*
מִקְשָׁה תֵּעָשֶׂה אֹתָם :	*Facere tubas soliditatem. (argẽti.) Nume. 10. 2.*
כְּתֹמֶר מִקְשָׁה הֵמָּה וגו' :	*Idola esse soliditatem, sicut palmam. Iere. 10. 5.*

Radix est קשה .

מִקְשֶׁה Nomen masculinum genere, quod semel legitur in Biblijs. Durus, solidus. [*Duro, solido, massiccio.*] Dicitur de auro, argẽto, & huiusmodi, vt מִקְשֶׁה superius, quamuis alij diuersa sentiant, quos si libet, consulas. Esa. 3. 24. *Et pro opere* מִקְשָׁה *solido erit decaluatio.* [*Lauoro d'oro massiccio, che portauano le donne in capo.*] Radix est קשה .

מ ק

וּבְיוֹם הָרִאשׁוֹן מִקְרָא קֹדֶשׁ :	*Conuocationem (synodum) sanctitatis esse in die primo Paschæ. Exo. 12. 16.*
וּבַיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מִקְרָא קֹדֶשׁ וגו' :	*Cõuocationem sanctitatis esse in die septimo Paschæ. Exo. 12. 16.*
תִּקְרְאוּ אֹתָם מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ אֵלֶּה הֵם מוֹעֲדָי :	*Conuocationes sanctitatis, quæ sint, vide hic. Leuit. 23. 2.*
קְרָא מִקְרָא וגו' :	*Vocare conuocationem, &c. nota. Esa. 1. 13.*

Radix est קרא .

מִקְרֶה Nomen masculinum genere, sine plurali, & in regimine מִקְרֵה , & cum affixo מִקְרֵהוּ . Casus, accidens, euentus, quicquid accidit. [*Caso, scontro, occorrenza.*] Loci notandi, in quibus tantummodo inuenitur.

שֶׁמִּקְרֵה אֶחָד יִקְרֶה אֶת כֻּלָּם :	*Casum vnum accidere omnibus. Eccles. 2. 14.*
כִּי מִקְרֵה בְּנֵי הָאָדָם וגו' :	*Casum vnum esse omnibus, &c. Eccles. 3. 19.*
מִקְרֵה אֶחָד לַצַּדִּיק וְלָרָשָׁע וגו' :	*Casum vnũ esse iusto & iniusto, &c. Eccles. 9. 2.*
כִּי מִקְרֶה אֶחָד לְכֻלָּם :	*Casum vnum esse omnibus. Eccl. 9. 3*
כִּי אִמַּר מִקְרֶה הוּא :	*Dicere, casus est, &c. 1. Sam. 20. 26.*
מִקְרֵה הוּא הָיָה לָנוּ :	*Casum esse, q fuit alicui. 1. Sam. 6. 9*
כְּמִקְרֵה הַכְּסִיל גַּם אֲנִי יְקָרֵנִי :	*Accidere secundum casum stulti. Eccles. 2. 15.*
וַיִּקֶר מִקְרֵה וגו' :	*Casũ alicui accidere, &c. Ruth. 2. 3*

Illud autem Deut. 23. 11. *Quinon fuerit mundus* מִקְרֵה *casu noctis.* Habet Dages in Coph ad ornatum, quamuis nonnulli mallent Mem seruile esse, a casu videlicet. Accidentia noctis possunt esse infinita, & si Hebræi de fortuita seminis effusione tm̃ intelligãt. Radix est קרה .

מִקְרָה Nomen masculinum genere, quod semel legitur in Biblijs. Contignatio, tignorum compages sic dicta a קוֹרָה , ibi vide. [*Tutto il coperto della casa, trauamento propriamẽte.*] Eccles. 10. 18. *Propter pigritias maximas deprimit* הַמִּקְרֶה *cõtignatio.* Radix est קרה .

מִקָּרָה Nomen formæ fœmininæ, sine plurali. Frigiditas, refrigeratio. [*Frigidità.*] Iud. 4. 9. *Ipse verò manebat in cœnaculo* הַמִּקָּרָה *refrigerationis.* Hoc est, quod erat extructum refrigerandi gratia. [*Stanza fresca per l'estate.*] Et ver. 13. *In cubili* הַמִּקָּרָה *refrigerationis.* Alibi non inuenitur. Radix est קרה .

מוֹקֵשׁ Require superius in מ ante ו , suo loco proprio.

מִקֹּשׁ Nomen formæ masculinæ, in quo He positum est loco Aleph, nam radix est קאשׁ , & semel inuenitur in Biblijs. Cucumerariũ. [*Melonaia.*] Esa. 1. 8. *Relicta est filia Sion sicut tugurium in vinea, sicut pernoctatorium* בְּמִקֹּשָׁה *in cucumerario.*

Aliàs verò est nomen fœmininum sine plurali. Duri ties, soliditas, antitheton נְבוּב vacuus. [*Durezza, saldezza, massiccio.*] Dicitur de auro solido & huiusmodi, quasi duritiem iam adepto. Decem vicibus tm̃ inuenitur.

מְקֻשָּׁה תֵּיעָשֶׂה הַמְּנוֹרָה :	*Candelabrum fieri soliditatẽ (ex auro solido.) Exo. 25. 30.*
כָּלָה מִקְשֶׁת אַחַת זָהָב טָהוֹר :	*Candelabrum esse totum soliditatem (ex) auro puro.) Exo. 25. 35. & 37. 22.*
וְזֶה מַעֲשֵׂה הַמְּנֹרָה מִקְשָׁה זָהָב וגו' :	*Candelabrum soliditate auri, &c. Num. 8. 4.*
מִקְשָׁה תַּעֲשֶׂה אֹתָם :	*Facere Cherubim soliditatem (ex auro solido.) Exo. 25. 17. Vide etiã 37. 7.*

Facere

מ ק

ficiat, quod notes, & illic vide. Forsitan in sequentibus locis solum inuenitur. Quid verò si diceres, formã nominis propriam esse מִקְצַת ? *quod notes velim, sicut &* קְצַת *Chaldaicum.*

וּמִקְצַת יָמִים עֲשָׂרָה וגו' :	*Videri (a) fine dierum decem, &cæt. Dan. 5. 15.*
וּלְהַקְצַת הַיָּמִים וגו' :	*Adducere aliquos fini (ad finem) dierum, &c. Dan. 1. 18.*
וּמִקְצַת כְּלֵי בֵית הָאֱלֹהִים וגו' :	*Dare partem vasorum templi, &c. Dan. 1. 2.*
וּמִקְצָתָם יַעֲמְדוּ לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ	*Partem aliquorum (vel a fine trium annorũ) stare ante regẽ. Dan. 1. 5.*
וּמִקְצָה רֵאשֵׁי דַּאֲבוֹת נְתִנוּ :	*Partẽ capitũ patrũ dare, &c. Neh. (7. 69.*

Radix est קצה .

מִקְצֹעַ Nomen masculinum genere, cum duplici plurali, susceipiẽs affixa, quæ sunt in Biblijs מִקְצֹעַ מִקְצוֹעִי מִקְצֹעוֹת מִקְצֹעוֹתַי . Angulus, interior scilicet, nam exterior פִּנָּה dicitur. [*Cantone.*] Quidam sic dicipiunt, quòd in eo velut abscindatur superficies, & desinat. Octo vicibus tantum inuenitur.

אֶל אַרְבַּעַת מִקְצוֹעֵי הַחֵצֵר :	*Quatuor anguli atrij. Ezec. 46. 21.*
כַּאַרְבַּעַת מִקְצֹעוֹת הַחָצֵר וגו' :	*Quatuor anguli atrij, &c. Ezechiel. 46. 22.*
לִשְׁנֵי הַמִּקְצֹעוֹת יִהְיוּ :	*Esse duobus angulis. Exo. 26. 24.*
וְהָיְתָה חָצֵר בְּמִקְצַע הֶחָצֵר וגו' :	*Atrium esse in angulo atrij, &cæt. Ezec. 46. 21.*
וּמִקְצוֹעֹתָיו לוֹ וגו' :	*Angulos altaris esse ei. Exe. 41. 22*
כֵּן עָשָׂה לִשְׁנֵיהֶם לִשְׁנֵי הַמִּקְצוֹעוֹת :	*Facere sic duobus angulis. Exod. 36. 29.*

Illud autem 2. Par. 36. 9. *Et ædificauit Vsias turres in Ierusalem super porta anguli, & super porta vallis, & super* הַמִּקְצוֹעַ *angulo.* Videtur esse nomen loci Ierosolymis, q̃ angulum forsitan efficeret. Miczoa. [*Miczoa.*] Huius ét meminit Nehemias 3. 19. *E regione, qua scanditur ad armamentum,* הַמִּקְצֹעַ *Miczoam.* Et ver. 20. *A* הַמִּקְצֹעַ *Miczoa vsque ad ianuam domus Eliasibi.* Et ver. 24. *Vsque ad* הַמִּקְצוֹעַ *Miczoam.* Et ver. 25. *E regione* הַמִּקְצוֹעַ *Miczoæ.* Radix est קצע .

מִקְצָעוֹת Nomen plurale, quod bis tantum repe rit in scriptura sacra. Anguli, idem scilicet cum superiori nomine. [*Cantoni.*] Exod. 26. 23. *Et duas tabulas facies* לְמִקְצָעֹת *angulis tabernaculi in duobus lateribus.* Et 36. 28. *Duasq; tabulas fecit* לְמִקְצָעֹת *angulis tabernaculi.* Radix est קצע .

מַקְצָעוֹת Nomen plurale, quod semel legitur in Biblijs. Asciæ, seu dolabræ, instrumenta, quibus aliquid abraditur, dedolatur, & quasi decoratur. [*Piolle, pionetti.*] Esa. 44. 13. *Faciet illud* בְּמַקְצָעוֹת *in (cum) ascijs.* Expende locum. Radix est קצע .

מִקְצָת Mihi est forma nominis propria, quamuis alijs sit a מִקְצַת regimine, ibi vide, & nota.

מקק Hinc deriuantur המיק מַקּ נמק , quæ suis locis vide.

מָקוֹר Require paulò superius, suo loco proprio.

מִקְרָא Nomen masculinum genere, & declinatione, susceipiens affixa, q̃ sunt in Biblijs מִקְרָאִי מִקְרָאֶיהָ . Vocatio, conuocatio; & lectio. [*Chiamare, vocatione, leggere, lettione.*] Hinc eleganter sumitur pro synodo, conuentu, & loco, vbi conuocantur homines ad dies festos celebrandos.

וְיָבִינוּ בַּמִּקְרָא :	*Intelligere in lectione. Neh. 8. 9.*
וְהָיוּ לָךְ לְמִקְרָא מַעֲנָה :	*Tubas esse vocationi (ad vocandum) cœtus. Num. 10. 2.*
וְעַל מִקְרָאָהּ עָנָן וגו' :	*Creare super conuentibus Sion nu-*

(ei.) *fa.53.2.* (3.
וְנַחְמֶדֵהוּ׃ *Vaccæ malæ (tristes) aſpectu.Gen.41.*
רָעוֹת מַרְאֶה וּגו׳׃ *Aſpectus malus.Gen.41.21.*
מַרְאֵיהֶן רָע׃ *Aſpectus triariorum.Ezec.23.15.*
מַרְאֵה שָׁלִישִׁים כָּלָם׃ *Non iudicare viſioni (ad viſionem) oculorum.Eſa.11.3.*
לֹא לְמַרְאֵה עֵינָיו יִשְׁפּוֹט׃ *Colorem vlceris eſſe humile præcute.Leuit.13.20.*
וְהִנֵּה מַרְאֶה שָׂפָל מִן הָעוֹר׃

Radix eſt ראה .

מַרְאֶה Nomen fœmininum genere,& declinatione מַרְאוֹת . Viſio, apparitio. [*Viſione,apparitione, apparere.*] Plurale ſemel ponitur pro ſpeculis, vel quòd in illis fiat viſio, vel quòd oſtendant obiecta, quaſi videre facientes dicas. Eſt ſiquidem hoc nomen ſub forma participij fœminini Hiphil הֶרְאָה , quod notes velim.Loci aliquot obſeruandi .

יָרֵא מְהַגִּיד אֶת הַמַּרְאֶה אֶל עֶלְי׃ *Indicare viſionem. 1.Sam.3.15.*
כְּמַרְאֶה אֵלַיִּו אֶתְוַדָּע׃ *Cognoſcendum ſe præbere ad aliquē in viſione.Num.12.6.*
וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים לְיִשְׂרָאֵל בְּמַרְאֹת הַלָּיְלָה׃ *Dicere in viſionibus noctis. Geneſ. 46. 2.*
וּמַרְאוֹת כַּמַּרְאֶה אֲשֶׁר רָאִיתִי וּגו׳׃ *Viſiones ſecundum aſpectum,quē vidiſti,&c.Ezec.43.3.*
כְּמַרְאֹת הַצְּבָאוֹת וּגו׳׃ *Specula mulierum congregatarū ad oſtium tabernaculi. Ex his Moſes fecit concham æneam. Exo.38.*
וּמַרְאֵה מַרְאוֹת אֱלֹהִים׃ *Videre viſiones Dei. (vel ingentes. Vide* אֱלוֹהּ .*)Ezec.1.1.*
וְרָאִיתִי אֲנִי דָנִיֵּאל לְבַדִּי אֶת הַמַּרְאֶה׃ *Aliquem ſolum videre viſionem. Dan.10.7.*
וְרָאִיתִי אֶת־הַמַּרְאֹת הַגְּדוֹלָה הַזֹּאת׃ *Videre viſionem magnam.Dan.10.8*

Radix eſt ראה .

מַרְאָה Nomen fœmininum genere,quod ſemel legitur in Biblijs cum affixo מַרְאָתוֹ . Veſicula auiū,vbi manēt ſordes,ſic dicta forſitan p ἀντιφρασιν, quaſi non videnda.[*Gozzo de gli vccelli.*] Leui.1.16. *Et remouebit (auferet)* אֶת מַרְאָתוֹ *veſiculam eius cum pluma eius.*Radix eſt ראה .

מַרְאָשָׁה Nomen proprium ciuitatis in plano ſitæ ī tribu Iudæ, quæ ſæpius ſine Aleph מַרֵשָׁה ſcribitur; ibi vide.Maresà. [*Mareſa.*] Ioſ.15.44. וּמַרְאָשָׁה *Et Mareſa,*

מַרְאֲשׁוֹת Nomen plurale fœmininum, quod legitur in ſcriptura ſacra tantū cum affixis, quæ ſunt מַרְאֲשֹׁתֵיכֶם . Ceruical,puluinum, quaſi capitale dicas;vel propriè eſt locus ſecus caput iacentis, ſicut & מַרְגְּלוֹת puluinum,vel locus qui ſecus pedes.[*Coſſinetto, capezzale, dal capo.*] Octo vicibus forſitan tantum inuenitur .

וַיָּשֶׂם מַרְאֲשֹׁתָיו׃ *Ponere lapides puluinum ſuum.Geneſ.28.11.*
וַתְּנִיחוּ מְעוּכַרְתּ בְּאַחַץ מַרְאֲשֹׁתֵיהוּ׃ *Lancea defixa ad ceruical alicuius. 1.Sam.26.7.Vide etiam ver. 11.*
כִּי יָדַד מַרְאֲשׁוֹתֵיכֶם וּגו׳׃ *(Quodlibet)ceruicalium deſcēdere. Ier.13.18.Locus illuſtrandus,nā (vt aiunt) ponitur pro magnificētia.Eſt autem verbum ſingulare, & maſculinum,quod notes .*
וְהִנֵּה מַרְאֲשֹׁתָיו עֲנַת חֲצָפִים וּגו׳׃ *Placentam pruṇarum, & phialam aquæ eſſe ad ceruical alicuius. 1. Reg.19.7.*
אֲשֶׁר־שָׂם מַרְאֲשֹׁתָיו׃ *Ponere lapidem ceruical ſuum.Gen. 28. 18.*

וְאֶרֶץ כְּבִיר הָעוֹים שָׂמַת מַרְאֲשֹׁתָי׃ *Ponere ſtragulam caprinā ceruical alicuius. 1. Sam. 19. 13. Vide etiam ver.16.*

Radix eſt ראש .

מֵרָב Nomen proprium filiæ Saul regis . Merab. *Meraba.*] 1.Sam. 14. 51. *Nomen maioris* מֵרַב *Merab.* Hæc nupſit cuidam Adrieli vt cap. 18. 19. Radix forſitan eſt רבב vel רבה .

מִרְבַדִּים Nomen pluralis numeri, quod bis tantum reperitur in ſcriptura ſacra, nec ſatis certum eſt, quid propriè ſignificet, vt in ſua radice רבד dictum eſt. Ex coniectura loci videntur eſſe quædā ornamenta lecti, quæ nos ſtragula dicemus. [*Cortine da letto,freggi,ornamenti,che ſi mettono ſul letto.*] Pro.7.16. מֻרְבָּדִים *Stragulis ornaui lectum meū.* Et 31.19. מַרְבַדִּים רָבְדָה *Stragulas fecit ſibi.*Expende locos & omnes accuratius.

מִרְבֶּה Eſt participium verbi הִרְבָּה , vt ſuo loco diximus. Tranſit verò nonnunquàm in nomen maſculinum genere.Multus.]*Molto,aſſai.*]Eſa.33. 23.*Tunc diuiſum fuit vſque ad ſpolium* מִרְבֶּה *multum*. Et in regimine מֶרְבֵּה cap.9.7. לְמֶרְבֵּה *Multitudini Principatus.*Mem finale eſt in principio dictionis contra præcepta grammaticæ, ob aliquod myſterium notandum . Radix eſt רבה .

מִרְבֶּה Nomen fœmininum genere, quod ſemel legitur ī Biblijs.Multa.[*Molta,aſſai.*]Ezec. 23.32.מִרְבֶּה *Multus (calix ſcilicet)ad capiendum.* Hebraiſmus, ideſt magnus.[*Di gran tenuta.*]Radix eſt רבה .

מִרְבֶּה Require paulò inferius , ſuo loco proprio .

מִרְבֶּכֶת Nomen fœmininum genere, ſine plurali,de quo dubitatur, quid propriè ſignificet.Communiter nihilominus frixa,vel fricta,nō torrefacta,hoc enim קָלְיָא eſſet,exponitur. Tribus vicibus inuenitur . Leuit. 6.14. (*Simila*) *ſuper (in)ſartagine fiet,* מִרְבֶּכֶת *frictam afferes eam.* Et 7.2. *Et ſimila* מִרְבֶּכֶת *fricta.* 1.Par.23.29. *Et ſartagini,* וְלַמִּרְבֶּכֶת *& frixorio.* Hic forſitan poſitum eſt pro inſtrumēto frigendi, vel certè ſem per illud ſignificat,quamuis ego crederem,potius ſem per eſſe nomen ſubſtantiuum pro actione ipſa frigēdi; frictio,frixora.Radix eſt רבך .

מִרְבַּע Nomen maſculinum genere , ſine plurali . Quadrus,quadratus. [*Quadro,di forma quadra.*] Ezec.45.2. מְרֻבָּע *Quadratus circunquaque* . Nec alibi forſitan inuenitur.Radix eſt רבע .

מְרִיבַעַל Qui & מְרִיב בַּעַל , nomen proprium filij Ionathę.Meribaal.[*Meribaalo.*]1.Par.9. 41 *Filius autem Ionatę Merib baal,* וּמְרִי בַעַל *& Meribaal genuit Micata.*Compoſitum eſt ex מרה & בעל .

מִרְבַּעַת Nomen fœmininum genere,& declinatione מִרְבָּעוֹת . Quadra,quadrata. [*Quadra,di forma quadrata.*]Ezec.40.47. *Et menſus eſt atrium. Longitudo erat centum cubitorum,& latitudo centum cubitorum:* מְרֻבַּעַת *quadratum(ſcilicet.)*1.Reg.7.31. *Et clauſuræ earum* מִרְבָּעוֹת *quadratæ non rotundæ.*Radix eſt רבע .

מִרְבַּץ Nomen formę maſculinæ ſine plurali,& in regimine מִרְבַּץ , quod bis tantum inuenitur in ſcriptura ſacra. Cubatio, accubatio , & de brutis propriè dicitur,vt in ſua radice רבץ habes. [*Giacitura, giacimento.*] Sop.2.15. *Hęc vrbs,&c.quomodo fuit deſolationi,* מִרְבַּץ *accubatio bruto?(feris.)* Ezec.25.5.*Et dabo Rabā habitationi (vt ſit habitatio)Chamelorū, & filios Amon* לְמִרְבַּץ *accubationi gregis .*

מִרְבָּק Nomen formæ maſculinæ, ſine plurali, qđ quatuor vicibus tantum legitur in Biblijs.

Sagi-

perius in מ ante ר , ſuo loco proprio . Huius autem radix eſt רדד .

מָרַד Verbum Cal actiuum , perfectum , ſic flectitur in Biblijs .

מָרַדְתָּ	Præteritum.
מָרְדוּ מָרַדְנוּ	
מֹרְדִים מֹרְדֵי	Part. præſ.
יִמְרֹד	Futurum.
תִּמְרְדוּ תִּמְרֹדוּ יִמְרְדוּ	
לִמְרֹד לִמְרָדְכֶם	Infinitiuus.

Cætera, ſi opus erunt , ex te formabis iuxta regulas grammaticales, vel ſynonimis vtere, quæ vide in פָּשַׁע . Præuaricatus eſt, defecit, rebellauit. [*Ribellare, mancare di fede promeſſa al ſuo Signore.*] Conſtruitur abſolutè, & cum accuſatiuo, cui ſæpius adduntur ב & עַל præpoſitiones. מֹרְדֵי eſt etiam a מוֹרָד nomine,ibi vide. Loci aliquot obſeruandi .

וַיִּמְרֹד עַל אֲדֹנָיו׃ *Rebellare ſuper (cōtra)dominū ſuū. 2.Par.13.6.*
הֵמָּה הָיוּ בְּמֹרְדֵי אוֹר׃ *Rebelles (oſores)lucis. Iob.24.13. Vide etiam* מוֹרָד .
אֶל גּוֹיִם הַמּוֹרְדִים וּגו׳׃ *Gens rebellis.Ezec.2.3.*
אַתָּה וְהַיְּהוּדִים חֹשְׁבִים לִמְרוֹד׃ *Cogitare ad rebellandum.Neh.6.6.*
אַךְ בַּיי אַל תִּמְרֹדוּ׃ *Non rebellare in Dominū. Nu.14.9*
וּבַיי אַל תִּמְרֹדוּ וְאוֹתָנוּ אַל תִּמְרֹדוּ׃ *Nō rebellare in Dominum,neq; (in) alios. Ioſ.22.19.*
וַיִּמְרֹד בְּמֶלֶךְ אַשּׁוּר׃ *Rebellare in regem.2.Reg.18.7.*
הֲעַל הַמֶּלֶךְ אַתֶּם מֹרְדִים׃ *Rebellare ſuper(contra)regem.Nehem.2.19.*
וַיְטַהֵר מִכֶּם הַמֹּרְדִים וְהַפּוֹשְׁעִים וּגו׳׃ *Purgare rebelles & præuaricantes. Ezec.20.38. (24.1.*
וַיֵּשֶׁב וַיִּמְרֹד בּוֹ׃ *Redire et rebellare in aliquē. 2.Reg.*
וּשְׁלֹשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה מָרְדוּ׃ *Rebellare (in) tertiodecimo anno Gen.14. 4.*

Deriuatiua huius ſunt מֶרֶד מְרוּד מָרְדָּא מַרְדוּת נִמְלָר .

מֶרֶד Nomen formæ maſculinæ, quod ſemel legitur in Biblijs.Præuaricatio,defectio,deſertio, rebellio. [*Ribellione.*]Ioſ.22.22. *Si* בְּמֶרֶד *in rebellione, & ſi in tranſgreſſione in Dominum.* Hoc eſt, ſi defectionis vel tranſgreſsionis cauſa.

Cæterum & in Syriaco idiomate hoc idē ſignificat ſub forma מֶרַד , vt Eſd.4.19. וּמֶרֶד *Et defectio & præuaricatio fit in ea .*

Aliàs מֶרֶד eſt nomen proprium viri ex tribu Iudæ . Mered.[*Meredo.*] 1.Par.4.17. וּמֶרֶד *Et Mered .*

מְרוּד Nomen maſculinum genere, & declinatione, ſuſcipiēs affixa, quæ ſunt in Biblijs מְרוּדִי מְרוּדֶיהָ . Dubitatur autem ex qua radice ſit, & quid propriè ſignificet. Ego arbitror,radicem eſſe propriam,& ſignificare afflictionem, egeſtatem , miſeriā , & huiuſmodi, ſatis ornata locutione , quaſi defectionē omnium rerum ab aliquo diceres.[*Meſchinità,afflittione, quando pare che ogni coſa ſi riuolta cōtra ad alcuno.*] Alij a רדד vel רוד deriuant nomen quod non placet מְרוּדִים videtur eſſe Toar,& ſi poſſumus affirmare,ſemper ſubſtantiuum eſſe.Ter inuenitur ſolummodo.

וַעֲנִיִּים מְרוּדִים תָּבִיא בָּיִת׃ *Adducere domi afflictos aduerſitatibus.Eſa.58.7.*
זָכְרָה יְרוּשָׁלַם יְמֵי עָנְיָהּ וּמְרוּדֶיהָ׃ *Recordari dierum afflictionis et aduerſitatum.Thren.1.7.*
זְכֹר עָנְיִי וּמְרוּדָי׃ *Recordari afflictionis & aduerſitatis.Thren.3.7.*

מַרְדָּא Vel מַרְדְּתָא , nomen Syriacum fœmininum genere. Præuaricatrix, rebellis. [*Rubella.*]

Eſd.4.

Saginarium, locus vbi ſaginantur animalia, aſt in ſcriptura ſacra dicitur de vitulis tantummodo. [*Luogo doue s'ingraſſano gli animali, & maſſime i vitelli teneri.*]

עגל וְאַשָּׁה עֵגֶל מַרְבֵּק בַּבָּיִת׃ *Vitulum ſaginarij eſſe alicui in domo. 1.Sam.28.25.*
עגל גַּם שְׁכִירֶיהָ בְּקִרְבָּהּ כְּעֶגְלֵי מַרְבֵּק׃ *Aliquos eſſe ſicut vitulos ſaginarij. Ier.46.21.*
עגל וַעֲגָלִים מִתּוֹךְ מַרְבֵּק׃ *Edere vitulos de medio ſaginarij . Amos 6.4.*
עגל וּפְשַׁחְתֶּם כְּעֶגְלֵי מַרְבֵּק׃ *Creſcere ſicut vitulos ſaginarij. Malac.3.20.*

Radix eſt רבק .

מַרְבִּית Nomen formæ fœmininæ, ſine plurali, & cum affixo מַרְבִּיתָם . Augmentum, multiplicatio,& de quocunq; augmento dicitur, vt in ſua radice רבה videre licitum eſt. [*Accreſcimento,moltiplicatione.*] Forſitan inuenitur in ſequētibus locis tm̄modo.

כית וְכֹל מַרְבִּית בֵּיתָךְ יָמוּתוּ אֲנָשִׁים׃ *Augmentum(nutrimētum,filios.ſ.) domus alicuius mori homines. 1. Sam.2.33.*
תכאיז לֹא הָגַד לִי חֲצִי מַרְבִּית חָכְמָתֶךָ׃ *Dimidium augmenti ſcientiæ alicuius non indicari alteri. 2.Par.9.6.*
מרבית וְעַד הֵנָּה מַרְבִּיתָם׃ *Augmentum aliquorum vſque nūc . 1.Par.12. 30.*
כתן וּבְמַרְבִּית לֹא תִתֵּן אָכְלֶךָ׃ *Non dare cibum in augmentum. (ad vſuram.) Leuit.25.37.*
עס כִּי מַרְבִּית הָעָם רַבַּת וּגו׳׃ *Multiplicationem populi eſſe multā. 2.Par.30.18.*

מוֹרָג Nomen maſculinum genere, & declinatione מֹרְגִים . Tribula,traha, inſtrumentum ruſticum triturandi.[*Ridolo, carratto , da cacciar fuori delle ſpiche il grano.*] Ter inuenitur in Biblijs, & ratio nominis ignoratur.Eſa.4..15.*Ecce poſui te* לְמוֹרַג *tribulæ (in tribulum)ſedulæ, nouę habenti ora.*2.Sam.24.22. וְהַמֹּרָגִים *Et tribulæ, & inſtrumenta boum) pro) lignis.* 1.Paral.21.23. וְהַמֹּרָגִים *Et tribulę(pro) lignis .*

מַרְגְּלוֹת Nomen pluralis numeri tantum , quod non inuenitur in Biblijs , niſi cum affixo מַרְגְּלֹתָיו , & vt ſuperius מראשת erat puluinum , qđ apponitur capiti,vel locus iuxta caput,ſic iſtud eſt,qđ infernè ad pedes iacētis admouetur,vel locus ſecus pedes,quaſi pedale,ſeu pedaneum dicas.[*Da piedi.*]Quinque vicibus forſitan inuenitur ſolummodo .

גלם וְגִלִּיתִי מַרְגְּלֹתָיו׃ *Detegere pedale alicuius.Ruth.3. 5 Vide etiam ver.8.*
עין וּרְעָלָתוֹ וּמַרְגְּלֹתָיו כְּעֵין נֹהֶשֶׁת קָלָל׃ *Pedale alicuius eſſe vt colorem æris candentis.Dan.10.6.*
שכב וְהִנֵּה אִשָּׁה שֹׁכֶבֶת מַרְגְּלֹתָיו׃ *Mulierem iacere (ad) pedale alicuius.Ruth. 3.9.Vide etiā ver.15.*

Radix eſt רגל .

מַרְגֵּמָה Nomen formæ fœmininæ, quod ſemel legitur in Biblijs.Aceruus, cumulus,lapidum.[*Monte de ſaſſi.*] Prouer.26. 8. *Sicut lapillus lapidis* בְּמַרְגֵּמָה *in aceruo ſic,&c.*Radix eſt רגם .

מַרְגֵּעַ Nomen formæ maſculinæ,quod ſemel legitur in Biblijs.Quies,requies.[*Quiete,ripoſo.*]Quare ſic dicatur,vide in הַרְגִּיעַ . Ier. 6.16. *Et inuenite* מַרְגּוֹעַ *requiem animę veſtræ.* Radix eſt רגע .

מַרְגֵּעָה Nomen fœmininum genere, idem cū ſuperiori, quod ſemel legitur in Biblijs. Quies,reqes.[*Quiete, ripoſo.*] Eſa.28.12. *Et hāc* הַמַּרְגֵּעָה *requiem.* Radix eſt רגע .

מוֹרָד Nomen formæ maſculinæ, quod ſemel legitur in Biblijs.Extēſio. [*Diſtendimēto.*] 1.Reg. 7.29.*Opere* מוֹרָד *extenſionis.* Alia huius formæ quære ſu

Esd.4.12.*Ciuitatem* מְרַדְתָּא *rebellem,& iniquam ædificãt.* Et ver.15.*Et cognosces, quòd ciuitas hæc est ciuitas* מְרָדָא *rebellis*. Radix est etiam Hebræa מרד.

מְרֹדָךְ Nomen proprium idoli Babyloniorũ. Merodach. [*Merodaco.*] Iere.50.2.*Fractus est* מְרֹדָךְ *Merodacus.* Huius compositum est אֱוִיל מְרֹדָךְ.

מְרָדָכַי / **מָרְדְּכַי** Nomen propriũ viri ex tribu Beniamin in scriptura sacra notissimi, qui vna cum Ieconia rege captiuatus fuit. Mardochai. [*Mardocheo.*] Est.2.5.*Cuius nomẽ erat* מָרְדְּכַי *Mardechæus, &c.* Ibi vide omnia.

Fuit alter Mardocheus, modo superior non sit, qui reuersus est ex captiuitate Babylonica. Esd.2.2. מָרְדְּכַי *Mardecheus*. Compositum est forsitan ex מוד & דכה.

מְרֻדוֹת Nomen formæ fœmininæ, quod semel legitur in Biblijs. Defectio, præuaricatio, rebellio.[*Ribellione.*] 1.Sam.20.30.*Filius puellæ* חַתֶּרֶת מְרֻדוֹת *rebellionis.*(*rebellione.*)

מָרָה Verbum Cal actiuum ex quiescentibus Lamed He, sic flectitur in Biblijs.

Præteritum: מָרָה מָרִיתִי / מָרִיתָ / מָרְדוּ מְרִיתֶם מָרִינוּ

Part.præs.: מוֹרֶה מוֹרִים / מֹרֶת

Infinitiuus. מְרוֹ

Cætera cautè formabis ad horũ regulas, cum opus erunt, excepto Pahul. מָרָה est etiam verbum & nomen a radice מרר, & מוֹרָה nomen, vt suis locis habes, & vltimum מוֹרָה scilicet, est etiam participiũ verbi Hiphil דורה. Sic etiam מֹרֶת forsitan est potius nomen in regimine ex sequenti מרה, ibi vide. Contradixit,contrafecit,verba vel mentẽ alicuius immutauit, & quasi amara reddidit, vt conueniat nonnihil cum radice מרר, & semper in malum dicitur.[*Contrafare, ripugnare ad altri ò in fatti,ò in detti,di quello che sei obbligato.*] Constructur cum accusatiuo, & cum præpositione ב. Loci aliquot obseruandi.

כִּי מְרִיתֶם בַּאלֹהֵי יְיָ׃	*Contrafacere in Deum. Hos.*13.16.
בֵּן סוֹרֵר וּמוֹרֶה וגו׳׃	*Filius proteruus & contrafaciens. Deut.*21.18.
וְלֹא מָרוּ אֶת דְּבָרָיו׃	*Non immutare verbum alicuius. Tsal.*105.28.
דּוֹר סוֹרֵר וּמוֹרֶה׃	*Aetas proterua & contrafaciens. Tsal.*78.8.
הַדִּיחֻמוֹ כִּי מָרוּ בָךְ׃	*Impellere aliquos, quòd contrafecerint in te. Tsal.*5.11.
וְלֵעַס חֲזֵה הָיָה לֵב סוֹרֵר וּמוֹרֶה׃	*Cor proterunm & contrafaciens esse alicui. Ier.*5.24.
כִּי רָאָה יְיָ אֶת עֲנִי יִשְׂרָאֵל מֹרֶה מְאֹד׃	*Aliquem esse contrafacientem valde.*2.*Reg.*14.26.
וְאִם תְּמָאֲנוּ וּמְרִיתֶם׃	*Renuere, & contrafacere. Esa.*1.20.
כִּי אֹתִי מָרְתָה נֹאם יְיָ׃	*Contrafacere*(*in*) *aliquem. Ier.*4.17
כִּי מָרוּ מְרִיתִי׃	*Cõtrafaciẽdo cõtrafacere. Thr.*1.20
וְהֵמָּה מָרוּ וְעִצְּבוּ אֶת רוּחַ קָדְשׁוֹ׃	*Contrafacere, & dolore afficere spiritum alicuius. Esa.*63.10.
עַל אֲשֶׁר מְרִיתֶם אֶת פִּי׃	*Immutare os alicuius. Num.*20.24
נָתְנוּ בָּשָׁעֲנוּ וּמָרִינוּ׃	*Præuaricari, & contrafacere. Thr.* 3.14.
שִׁמְעוּ נָא הַמֹּרִים׃	*Cõtrafaciẽtes audire. Num.*20.10

Deriuatiua huius sunt אֱלֹון מוֹרָה אֵלוֹנֵי מוֹרֶה הַמֹּרָה מְרִי בַּעַל מֹרָה מוֹרֵה מְרִי מְרִיָּה מְרִיוֹת מָרוֹת מְרָתַיִם׃

מָרָה Nomen fœmininum genere, quod semel legitur in Biblijs in regimine verso He in Thau, מֹרַת, quamuis non desint,qui malint,superioris esse participium. Contradictio,immutatio,si est a radice superiori, vel amaritudo, a מור scilicet. [*Contrafare,ouero amarezza.*] Gen.26.35. *Et fuerunt* מֹרַת *contradictio*(*amaritudo*) *spiritus Isaaco & Rebeccæ.*

מֹרָה Est verbum & nomen, vt paulò superius habes,& inferius in מרר, ibi vide. Aliàs est nomen proprium loci in deserto, vbi fuit quarta Israelitarum mansio,ab amaritudine aquarum, & cum He adnerbiali in fine מָרָתָה. Marah.[*Mara.*] Exo.15.23. *Et venerunt* מָרָתָה *ad Maram, & non potuerunt bibere aquam* מִמָּרָה *ex Marah*(*vel præ amaritudine,*) *quia amara erat, & ideo vocatum est nomen illius* מָרָה *Marah.* Radix est מרר.

מוֹרָה Nomen masculinũ genere, sine plurali. Nouacula,culter rasorius, forsitan a mutatione sic dictus, quòd rasura caput quodãmodo immutetur. [*Rasoio.*] Vide חֵעֵר. Iud.13.5.& 1.Sam.1.11. ומוֹרָה *Et nouacula non ascendet super caput eius*. Iud.16.17. מוֹרָה *Nouacula nõ ascendit super caput meũ.* Alibi non inuenit. Aliud מוֹרָה vide superius in מ ante ו, suo loco proprio.

מוֹרָה Require superius in מ ante ו, suo loco proprio,& nota omnia.

מְרוֹז Nomẽ proprium vrbis fœmininum genere. Meroz. [*Meroza.*] Iud.5.23. *Maledicite* מְרוֹז *Merozam dicit angelus Domini, maledicite maledicendo habitatores eius*. Causa maledictionis forsitan fuit, ꝙ & si ꝙpinqua noluit suppetias ferre populo belligerãti.

מָרוֹם Nomen masculinum genere, & declinatione, susciens affixa, quæ sunt in Biblijs מָרוֹם מְרוֹמִים מְרוֹמֵי מְרוֹמָיו. Altitudo,altum.[*Altezza,luogo alto.*] Nonnunquàm est epithetum Dei Opt. Max. quem solum altum dicere possumus. Efficit varia dicẽdi genera elegãtiarũ plena, vt ĩ sequẽtibus annotabis.

אֲדִיר בַּמָּרוֹם יְיָ׃	*Dominus præpotẽs in alto. Ps.*93.4
אֵל בְּרוּם לְאֱלֹהֵי בְרוּם׃	*Deus altitudinis. Mich.*6.6.
כִּי אֲרֻבּוֹת מִמָּרוֹם נִפְתָּחוּ׃	*Cataractas de excelso aperiri. Esa.* 24.19.
וַאֲבוֹא מְרוֹם קָצוֹ׃	*Venire* (*ad*) *altitudinem finis alicuius rei. Esa.*37.24.
וּבִי תִבְצָר מָרוֹם עָזּוֹ׃	*Munire altitudinem roboris. Ierem.* 51.53.
עַל גַּפֵּי מְרוֹמֵי קֶדֶם׃	*Alæ altitudinum ciuitatis. Pro.*9.3.
עֹשֵׁק מָרוֹם יְדַבֵּרוּ׃	*Loqui fraudẽ de alto. Deo.*) *Is.*73.8
הַלְלוּהוּ בִּמְרוֹמִים׃	*Laudare Deũ in excelsis. Ps.*148.1.
כַּעֵת תָּמוֹת חָמְרִיא׃	*Eleuari in altum. Iob.*39.18.
בְּהַר מְרוֹם יִשְׂרָאֵל אֶשְׁתֶּלֶנּוּ׃	*Mons altitudinis alicuius. Ezechiel.* 17.23.
אַל תָּרִימוּ לַמָּרוֹם קַרְנְכֶם׃	*Exaltare alto*(*in altum*) *cornu. Tsal.* 75.6.
לְהַשְׁמִיעַ בַּמָּרוֹם קוֹלְכֶם׃	*Audire facere in alto vocem. Esaias* 58.4.
כִּי הִשְׁקִיף מִמְּרוֹם קָדְשׁוֹ׃	*Aspicere de altitudine sanctitatis. Tsalm.*102.20.
חֹצְבֵי מָרוֹם קִבְרוֹ׃	*Excidere altum*(*in*)*alto*) *sepulchrũ. Esa.*22.16.
כִּי הַשַּׁח יֹשְׁבֵי מָרוֹם׃	*Deprimere habitatores excelsi. Esa.* 26.5.
מְרוֹם שִׁבְתּוֹ׃	*Altitudo sedendi alicuius. Abd.*1.3
מָרוֹם מִשְׁפָּטֶיךָ מִנֶּגֶד׃	*Iudicia esse altitudinem è regione alicuius. Locus dilucidãdus. Ps.*10.5
וְנַחֲלַת שַׁדַּי מְמָרוֹמִים׃	*Possessio omnipotentis de excelsis. Iob.*31.2.
עַד יֵעָרֶה עָלֵינוּ רוּחַ מִמָּרוֹם׃	*Spiritum effundi super aliquem de excelso. Esa.*32.15.
וַתִּשָּׂא מָרוֹם עֵינֶיהָ׃	*Leuare*(*in*)*altum oculos. 2.Regum.* 19.22.

Fatuitatem dari in excelsis.(*Hoc est fatuos exaltari.*) *Eccles.*10.6.

דְּלוּ עֵינַי לַמָּרוֹם׃	*Oculos attenuari alto*. (*In excelsum erecti.*) *Esa.*38.14.
עֲלִית לַמָּרוֹם׃	*Ascendere alto.*(*in altũ.*) *Ts.*68.19
עֲלִיתִי מָרוֹם הָרִים׃	*Ascendere altitudinem montium. Esa.*37.24.
וְאַתָּה מָרוֹם לְעוֹלָם יְיָ׃	*Deum esse altum in æternũ. Ps.*92.9
אַמְלְלוּ מְרוֹם עַם הָאָרֶץ׃	*Altitudinem populi terræ*(*magnates*) *infirmari. Esa.*24.4.
עֲשֵׂה שָׁלוֹם בִּמְרוֹמָיו׃	*Facere pacem in excelsis. Iob.*25.2.
יִפְקֹד יְיָ עַל צְבָא הַמָּרוֹם בַּמָּרוֹם׃	*Visitare super exercitu excelsi in excelso. Esa.*24.22.
וְצִדְקָתְךָ אֱלֹהִים עַד מָרוֹם׃	*Iustitiam Dei esse vsque ad altum. Ps.*71.19.
בְּרֹאשׁ מְרוֹמִים עַל דַּרְכָּךְ׃	*Caput altitudinum. Pro.*8.2.
וּבָאוּ וְרָנְנוּ בִּמְרוֹם צִיּוֹן׃	*Venire, & ouare in altitudine Sion. Iere.*31.11.
יְהוָה מִמָּרוֹם יִשְׁאָג׃	*Dominum de alto rugire. Ier.*25.30
עַל מְרוֹמֵי שָׂדֶה׃	*Altitudines agri. Iud.*5.18.
וְשָׂהֲדִי בַמְּרוֹמִים׃	*Testem alicuius esse in excelsis. Iob.* 16.19.
וְעָלֶיהָ לַמָּרוֹם שׁוּבָה׃	*Redire alto.*(*in altum.*) *Tsal.*7.8.
לָשׂוּם שְׂפָלִים לַמָּרוֹם׃	*Ponere abiectos alto*. (*in altum.*) *Iob.*5.11.
לָשׂוּם בַּמָּרוֹם קִנּוֹ׃	*Ponere in altum nidũ suũ. Abac.*2.9
הוּא מְרוֹמִים יִשְׁכֹּן׃	*Incolere excelsa. Esa.*33.16.
כִּי מָרוֹם וְקָדוֹשׁ אֶשְׁכּוֹן׃	*Deum altum & sanctum habitare. Esa.*57.15.
יִשְׁלַח מִמָּרוֹם יִקָּחֵנִי׃	*Mittere de alto, (&) accipere aliquem. 2.Sam.*22.17.
מִמָּרוֹם שָׁלַח אֵשׁ בְּעַצְמֹתָי׃	*Mittere de alto ignem. Thr.*1.13.
שִׁלַּח יָדֶיהָ מְמָרוֹם׃	*Mittere manus de alto. Ps.*144.7.
הִפְשִׁיטוּ מָרוֹם גַּבָּעָה׃	*Appræhendere altitudinem collis. Ier.*49.16.

Radix est רום.

מֵרוֹם Nomen proprium loci, quem Hieron. vicũ esse tradit in xij. lapide ab vrbe Ierusalẽ, cui nomen Sebaste sit,vbi olim pugnatũ est.Merom. [*Merome.*] Ios.11.5. *Et castrametati sunt pariter ad aquas* מֵרוֹם *Meromi ad pugnandũ cũ Israelitis.* Radix est רום vel ꝙpria.

מֵרוּץ Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs. Cursus. [*Corso.*] Eccles.9.11. *Quoniam non est leuibus* הַמֵּרוּץ *cursus*. Radix est רוץ.

מְרוּצָה Nomen æquiuocum, vt aliquibus, nã ex duabus radicibus formari potest. Primo a רצץ, & Surech vocale magnum stat loco Dages in Zade ponendi,& tunc fracturam, contritionem significaret. [*Rompimento,fraccassamento.*] Ego tamen arbitror, hoc nomen semper formari a radice רוץ, fœmininum genere,& declinatione, vertens He in Thau in regimine,& susciens affixa, quæ sunt in Biblijs מְרוּצָה מְרוּצָתָם מְרוּצָתָם אוֹ מְרֻצָּתָם אוֹ מְרֻצּוֹתָם. Cursus. [*Corso.*] Quater inuenitur.

וְעַל הַמְרוּצָה לַעֲשׂוֹת׃	*Oculos esse super cursu* (*fractura*) *ad faciendum. Ier.*22.17.
אֵנִי רֹאֶה אֶת מְרוּצַת כְּמַרְצֹת וגו׳׃	*Videre cursum prioris sicut cursum, &c.*2.*Sam.*18.28.
וַתְּהִי מְרוּצָתָם רָעָה׃	*Cursum aliquorum esse malum. Iere.* 23.10.
כִּלֵּה שָׁב בְּמִרְוָצָתָם וגו׳׃	*Redire in cursibus* (*cursu*) *suo, &c. Iere.*8.6.

מַרְזֵחַ Nomen masculinum genere, sine plurali, & in regimine מִרְזַח, de quo dubitatur, quid propriè significet. Communiori sententia luctum, plãctum omnes ferè interpretati sunt, quam ob mortem alicuius suscipimus. [*Lutto,pianto.*] Vide אָבַל. Iere.16.5. *Ne venias ad domum* מַרְזֵחַ *luctus, &c.* Amos 6.8. *Et recedet* מִרְזַח *luctus superfluorum.* Vide סור, Alibi non inuenitur. Radix est רזח.

מָרַח Verbum Cal actiuum, perfectũ, quod semel legitur in Biblijs in futuro יִמְרָחוּ, nec aliud ex eo facilè formarem, cum non satis certum sit, quid propriè significet, quamuis non displiceat, quod quidam recentiorum notent, hoc verbum esse propriè Cõ primere, seu cõtundere. [*Fraccare,schiazzare Venetijs.*] Esa.38.21. *Tollant massam ficorum* וְיִמְרָחוּ *& comprimant super vulnus,& sanabitur.* Vulgò [*Impiastrare.*] Nota locum & omnes.

Deriuatiuum huius est מרוח.

מָרוּחַ Nomen masculinum genere, quod semel legitur in Biblijs in regimine מְרוּחַ. Contusus, compressus. [*Fraccassato,schiazzato.*] Leuit.21.20. *Aut* מָרוּחַ *compressus testiculo.* Expende omnes.

מֶרְחָב Nomen masculinum genere, & declinatione מֶרְחֲבִי. Latitudo, latum, locus latus. [*Larghezza,luogo spatioso.*] Sex vicibus tm inuenitur.

וַיֹּצֵא לַמֶּרְחָב אֹתִי׃	*Educere aliquem latitudini.*(*in latitudinem.*) 2.*Sam.*22.20.
וַיּוֹצִיאֵנִי לַמֶּרְחָב׃	*Educere latitudini. Tsal.*18.20.
הַהוֹלֵךְ לְמֶרְחֲבֵי אֶרֶץ וגו׳׃	*Ire latitudinibus* (*ad latitudines*) *terræ. Abac.*1.6.
הֶעֱמַדְתָּ בַמֶּרְחָב רַגְלָי׃	*Stare facere pedes alicuius in latitudine. Psalm.*31.9.
עֲנֵנִי בַמֶּרְחָב יָהּ׃	*Respondere in latitudine. Psal.*118.4
עַתָּה יֵרָעֵם יְיָ כְּכֶבֶשׂ בַּמֶּרְחָב	*Pascere aliquem sicut agnum in latitudine. Hos.*4.16.

Radix est רחב.

מַרְחָק Nomen masculinum genere, & declinatione מַרְחֲקִים or מַרְחֲקֵי רחק. Lõginquitas,distantia,locus longinquus.[*Lontananza,distãza,luogo lontano.*] Loci notandi.

וְשִׁמְעָה טוֹבָה מֵאֶרֶץ מַרְחָק׃	*Terra longinquitatis. Pro.*25.25.
הַאֲזִינוּ כָל מַרְחַקֵּי אָרֶץ׃	*Longinquitates terræ auscultare. Esa.*8.9.
בָּאִים מֵאֶרֶץ מֶרְחָק׃	*Venire de terra longinquitatis. Esaias* 13.5.
עֵינֶיךָ תֶּחֱזֶינָה אֶרֶץ מַרְחֲקִים׃	*Oculos videre terram longinquitatum. Esa.*33.17.
מֵאֶרֶץ מֶרְחָק אִישׁ עֲצָתוֹ׃	*Vocare de terra longinquitatis. Esa.* 46.11.
וְלִשְׁוָאָה מִמֶּרְחָק תָּבוֹא׃	*Vastitatem venire a longinquo. Esa.* 10.2.
מִמֶּרְחָק תָּבִיא לַחְמָהּ׃	*Adducere victum de longinquo. Prouer.*31.11.
וְהַגִּידוּ בָאִיִּים מִמֶּרְחָק׃	*Annunciare in insulis a longinquo. Iere.*31.9.
וּבְמֶרְחָקִים יִזְכְּרוּנִי׃	*Recordari alicuius in longinquis. Zach.*10.9.
וְגָבוּהַּ מִמֶּרְחָק יֵדָע׃	*Excelsum* (*Deum*) *cognoscere de longinquo. Psal.*138.6.
וְנֹס מִמֶּרְחָק׃	*Fugere de longinquo.* (*Longè.*) *Esa.* 17.13.

Radix est רחק, & illic habetur huius compositum.

מַרְחֶשֶׁת Nomen fœmininum genere, sine plurali, quod bis tantũ legitur in scriptura sacra. Patella profundior, sartago, frixorium, in quo ebulliuntur farinacea, aut alia oleo,& sic differt a מַחֲבַת, vt suo loco dictum est. [*Patella.*] Leuit.2.7. *Et si* מַרְחֶשֶׁת

sarta-

Cōburere currus solis. 2.Reg.23.12 — וְאֶת מַרְכֹּבוֹת הַשֶּׁמֶשׁ שָׂרַף בָּאֵשׁ :

Currus secundus. Zac.6.2. — וּבַמֶּרְכָּבָה הַשֵּׁנִית וגו' :

Cōburere currus(in)igne. Ios.11.6 — וְאֶת מַרְכְּבוֹתֵיהֶם תִּשְׂרֹף בָּאֵשׁ :

Exemplar currus. Cherubim intelligit, super quibus insidebat Deus. 1.Par.28.18. — וּלְתַבְנִית הַמֶּרְכָּבָה :

Radix est רכב .

מרכלת Nomen formæ fœmininæ, quod semel legitur in Biblijs cũ affixo מַרְכֻּלְתֵּךְ . Negociatio, mercatura. [*Mercantia.*] Ezec.27.24. בְּמַרְכֻּלְתֵּךְ *In negociatione tua.* Radix est רכל .

מרום / **מָרוֹם** } Require paulò superius, suo loco proprio .

מרמה Nomen fœmininum genere, & declinatione מִרְמוֹת . Fraus, dolus, fallacia, impostura. [*Fraude, inganno.*] Loci aliquot obseruandi.

Lapides fallaciæ. Mich.6.11. Vide אבן . — וְכִיס אַבְנֵי מִרְמָה :

Stultitiam stultorum esse fraudem. Pro.14.8. — וְאִוֶּלֶת כְּסִילִים מִרְמָה :

Vir sanguinum & fraudis. Ps.5.7. — אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה יְתָעֵב יי׳ :

Vir fraudis & iniquitatis. Ps.43.1 — מֵאִישׁ מִרְמָה וְעַוְלָה חַפְּלָטֵנִי :

Dicere, fallacia. 2.Reg.9.23. — וַיֹּאמֶר אֶל אֲחַזְיָהוּ מִרְמָה אֲחַזְיָהוּ :

Viri sanguinũ & fraudis. Ps.55.24 — אַנְשֵׁי דָמִים וּמִרְמָה וגו' :

Venire in(cum)fallacia. Gen.27.35 — בָּא אָחִיךָ בְּמִרְמָה :

Domus plenæ fraude. Ier.5.28. — כֵּן בָּתֵּיהֶם מְלֵאִים מִרְמָה :

Replere domos fallacia. (rebus fraude partis.) Soph.1.9. — הַמְמַלְּאִים בֵּית׳ אֲדֹנֵיהֶם חָמָס וּמִרְמָה :

Loqui fraudem. Psal.34.14. — וּשְׂפָתֶיךָ מְדַבֵּר מִרְמָה :

Cogitare verba fraudum. Ps.35.20. — דִּבְרֵי מִרְמוֹת יַחְשֹׁבוּן :

Verba oris alicuius esse iniquitatẽ, & fraudem. Psal.36.4. — דִּבְרֵי פִיו אָוֶן וּמִרְמָה :

Loqui fallacias tota die. Ps.38.13. — וּמִרְמוֹת כָּל הַיּוֹם יֶהְגּוּ :

Ventrem aptare fraudẽ. Iob.15.35. — וּבִטְנָם תָּכִין מִרְמָה :

Dolum & fraudem non recedere a platea. Psal.55.12. — וְלֹא יָמִישׁ מֵרְחֹבָהּ תֹּךְ וּמִרְמָה :

Prosperam reddere fraudem in manu. Dan.8.25. — וְהִצְלִיחַ מִרְמָה בְּיָדוֹ :

Conglutinare fraudes lingua. Psalm. 50.19. — וּלְשׁוֹנְךָ תַצְמִיד מִרְמָה :

Ponere fraudẽ intra se. Pro.26.23. — וּבְקִרְבּוֹ יָשִׁית מִרְמָה :

Sedere in medio impostura. Ier.9.6 — שִׁבְתְּךָ בְּתוֹךְ מִרְמָה :

Fraus in corde. Pro.12.20. — מִרְמָה בְּלֵב חֹרְשֵׁי רָע :

Lingua impostura. Psal.52.6. — לְשׁוֹן מִרְמָה :

Bilances fallaciæ. Pro.11.1. — מֹאזְנֵי מִרְמָה תּוֹעֲבַת יי׳ :

In fraude(fraudulẽter) rennere, &c. Iere.9.6. — בְּמִרְמָה מֵאֲנוּ וגו' :

Non iurare fraudi. (fraudulenter.) Psalm.24.4. — וְלֹא נִשְׁבַּע לְמִרְמָה :

Circundare in fraude. (fraudulẽter.) Hos.11.13. — סְבָבֻנִי וגו' וּבְמִרְמָה בֵּית׳ יִשְׂרָאֵל :

Testem mendaciorum esse fraudem. Pro.12.17. — וְעֵד שְׁקָרִים מִרְמָה :

Respondere in (cum) fallacia. Geneſ. 34.13. — וַיַּעֲנוּ בְנֵי יַעֲקֹב וגו' בְּמִרְמָה

Facere fraudem. Dan.11.23. — יַעֲשֶׂה מִרְמָה :

Os plenum fallacijs. Ps.10.7. — אָלָה פִּיהוּ מָלֵא וּמִרְמוֹת תָּחוֹת :

Os impostura. Psal.109.2. — כִּי פִי רָשָׁע וּפִי מִרְמָה וגו' :

1.Reg.4.26. *Fuerunt q; Salomoni quadraginta millia præsepia equorum* לְמֶרְכְּבוֹ *incessioni suæ (ad equitandum.)* Can.3.10. מֶרְכָּבוֹ *Stratum (insessio lecti eius) est purpura.* Radix est רכב .

מרכבה / **מֶרְכָּבָה** / **מֶרְכֶּבֶת** } Nomen sub his tribus formis, quarum prior est frequentior, fœmininum genere & declinatione, suscipiens affixa, quæ sunt in Biblijs מֶרְכָּבָה או מַרְכָּבָה מֶרְכָּבָה , מַרְכְּבוֹת מַרְכְּבֹתַי מַרְכְּבוֹתֵיכֶם מַרְכְּבֹתָיו מַרְכְּבֹתֶיהָ מַרְכְּבֹתֵיהֶם . Vehiculum, currus, quadriga, carruca, super qua insidet. [*Carretta, carrozza, cocchio.*] Loci aliquot obseruandi.

Ligare (instruere) currum suum. Gene.46.29. — וַיֶּאְסֹר יוֹסֵף מֶרְכַּבְתּוֹ :

Auferre rotam curruũ. Exo.14.25 — וַיָּסַר אֶת אֹפַן מֶרְכְּבֹתָיו :

Opus rotæ currus. 1.Reg.7.33. — כְּמַעֲשֵׂה אוֹפַן הַמֶּרְכָּבָה :

Quatuor currus egredi de montibus &c. Zac.6.1. — וְהִנֵּה אַרְבַּע מֶרְכָּבוֹת יֹצְאוֹת וגו' :

Perdere currus aliquorũ. Mich.5.10 — וְהַאֲבַדְתִּי מַרְכְּבֹתַיִךְ :

Percutere aliquem ad (super) currũ. 2.Reg.9.27. — גַּם אֹתוֹ הַכֵּהוּ אֶל הַמֶּרְכָּבָה :

Transire facere aliquem de curru, &c. 2.Par.35.24. — וַיַּעֲבִירֻהוּ עֲבָדָיו מִן הַמֶּרְכָּבָה :

Ascendere facere super curru. 1.Regum 20.33. — וַיַּעֲלֵהוּ עַל הַמֶּרְכָּבָה :

Aliquem esse collocatum in curru. 1.Reg. 22.35. — וְהַמֶּלֶךְ הָיָה מָעֳמָד בַּמֶּרְכָּבָה :

Verti de super curru obuiam alicui. 2.Reg.5.26. — כַּאֲשֶׁר הָפַךְ אִישׁ מֵעַל מֶרְכַּבְתּוֹ וגו' :

Vertere currum & sessores. Agg. 2.22. — וְהִפַּכְתִּי מֶרְכָּבָה וְרֹכְבֶיהָ :

Equitare facere in curru secundi. Geneſ.41.43. — וַיַּרְכֵּב אֹתוֹ בְּמִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה :

Currum (duos equos. s. vel quatuor pro curru) egredi de Aegypto. 1. Regum 10.29. — וְיֹצֵא מֶרְכָּבָה מִמִּצְרַיִם :

Descendere de curru. Iud.4.35. — וַיֵּרֶד סִיסְרָא מֵעַל הַמֶּרְכָּבָה :

Proijcere currus in mari. Exo.15.4 — מֶרְכֶּבֶת פַּרְעֹה וְחֵילוֹ יָרָה בַיָּם :

Salutem esse currus Dei. Abac.3.7. — מֶרְכְּבֹתֶיךָ יְשׁוּעָה :

Currus gloriæ alicuius. Esa.22.18. — יְשָׁמָה מַרְכְּבוֹת כְּבוֹדֶךָ :

Cadere (citò se demittere) de curru. 2.Reg.21. — וַיִּפֹּל שָׁגוֹל הַמֶּרְכָּבָה :

Currus Dei esse sicut procellam. Esa. 66.15. — וְכַסּוּפָה מַרְכְּבֹתָיו :

Corroborare se ad ascendendũ in curru, &c. 1.Reg.12.18. — הִתְחַזֵּק לַעֲלוֹת בַּמֶּרְכָּבָה וגו' :

Facere sibi currum & equos, &c. 2.Sam.15.1. — וַיַּעַשׂ לוֹ אַבְשָׁלוֹם מֶרְכָּבָה וְסוּסִים וגו' :

Pedes currium (equorum s.) tardare. Iud.5.28. — מְדוּעַ אֵחֲרוּ פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו

Vox currium, &c. Ioel. 2.5. — כְּקוֹל מַרְכְּבוֹת עַל רָאשֵׁי הֶהָרִים יְרַקֵּדוּן :

Finem non esse curribus aliquorum. Esa. 2.7. — וְאֵין קֵצֶה לְמַרְכְּבֹתָיו :

Currus primus, &c. Zac.6.2. — בְּמֶרְכָּבָה הָרִאשׁוֹנָה וגו' :

Currus quartus. Zac.6.3. — וּבַמֶּרְכָּבָה הָרְבִיעִית וגו' :

Currere ante currum. 1.Sam.8.11. — וְרָצוֹ לִפְנֵי רִכְבָתוֹ :

Currus saliens. Nah.3.2. — וּמֶרְכָּבָה מְרַקֵּדָה :

Ligare (instruere) currũ. Mich.1.13. — הַחֹם הַמֶּרְכָּבָה לָרֶכֶשׁ :

Ponere aliquem sibi in curru. 1.Samuel.8.11. — וְשָׂם לוֹ בְּמֶרְכְּבֹתָיו :

Ponere aliquem currus. Cant.6.12. — נַפְשִׁי שָׂמַתְנִי מַרְכְּבוֹת עַמִּי נָדִיב :

Currus tertius. Zac.6.3. — וּבַמֶּרְכָּבָה הַשְּׁלִישִׁית וגו' :

Aliquem non esse rebellionem. (contrafacientem.) Hebraismus elegans. Ezec.2.8. — אַל הֲדִי מֹרִי כְּבֵית הַמְּרִי :

Rebellionem esse (vt) peccatum hariolandi. 1.Sam.15.22. — כִּי חַטַּאת קֶסֶם מֶרִי :

Cognoscere rebellionem alicuius. Deut.31.27. — כִּי אָנֹכִי יָדַעְתִּי אֶת מִרְיְךָ וגו' :

Populus rebellionis. Esa.30.9. — כִּי עַם מְרִי הוּא :

Redire ad seruitutem suam in (propter) rebellione sua. Neh.9.17. — לְשׁוּב לַעַבְדָתָם בְּמִרְיָם :

Eloquium esse rebellionem. (amaritudinem.) Iob.23.2. — גַּם הַיּוֹם מְרִי שִׂיחִי :

מריב בעל Nomẽ proprium filij Ionathæ, qui & מְרִי בַעַל . Merib baal. 1.Par.8.33. *Filius autem Ionatæ fuit* מְרִיב בַּעַל *Merib baal, &c.* Compositum est ex רוב & בעל .

מריבה Nomen fœmininum genere, sine plurali, vertens He in Thau in regimine מְרִיבַת . Lis, rixa, verbalis contentio. [*Lite, rissa, contrasto, gara.*] Loci notandi in quibus tantum inuenitur.

Litem esse inter aliquos. Gen.13.8. — אַל נָא תְהִי מְרִיבָה בֵּינִי וּבֵינֶךָ וגו' :

Non indurare cor sicut contentione, &c. Psal.95.8. — אַל תַּקְשׁוּ לְבַבְכֶם כִּמְרִיבָה וגו' :

Rixa congregationis. Num.27.14. — בִּמְרִיבַת הָעֵדָה וגו' :

Hinc nomen loci in deserto ob rixam populi sic dicti. Meribah. [*Meriba.*] Exo.17.7. *Et appellauit nomen loci illius Masah* וּמְרִיבָה *& Meribah, super (ob)rixam, &c.* Hic dictus est etiam מֵי מְרִיבָה , id est aquæ cõtentionis, vt Num.20.13. *Iste sunt* מֵי מְרִיבָה *aquæ contentionis, &cæt.* & 27.14. *Hæ sunt* מֵי מְרִיבַת קָדֵשׁ *aquæ contentionis Cades.* Psal.81.8. *Probaui te super* מֵי מְרִיבָה *aquas contentionis.* Et 106.32. *Et indignationem excitarunt* עַל מֵי מְרִיבָה *super aquis contentionis.* Radix est רוב .

מריה Nomẽ proprium sacerdotis tempore regis Ioacimi. Meraiah. [*Meraio.*] Neh.12.12. *Sariæ* מְרָיָה *Meraias.* Compositum est ex מרה & יה .

מרים Est a מִרְיָם cum affixo, vt illic habes. Aliàs vero est nomen propriũ fororis Mosis & Aharonis, quę fuit prophetissa. Miriàm. [*Mariame, Maria.*] Exo.15.20. *Et accepit* מִרְיָם *Maria vates soror, &c.* Moritur, & sepelitur in Cades. Num.20.1.

Est etiam nomen viri, vt nonnullis placet, ex tribu Iudæ. 1.Par.4.17. *Et concepit (vxor eius scilicet)* אֶת מִרְיָם *Miriamum.* Radix est מרה .

מריות Nomen proprium sacerdotis Esdræ ataui. Meraioth. [*Meraioto.*] Esdr.7.3. *Filij* מְרָיוֹת *Meraioti filij Zerachiæ.* 1.Paral.5.32. *Et Zerachias genuit* אֶת מְרָיוֹת *Meraiotum.*

Fuit alter Meraiotus, vt arbitror, & ipse ex maioribus Esdræ. Neh.11.11. *Filij* מְרָיוֹת *Meraioti filij Achitubi.* Vide etiam 1.Par.9.11.

Alter, qui & מרמות , vt Neh.12.15. לְמְרָיוֹת *Meraioto Helcaius.* Confer locos diligentius. Radix est מרה .

מרך Nomen formæ masculinæ, quod semel legitur in Biblijs. Mollities, teneritudo. [*Tenerezza.*] Leuit.26.36. *Et inducam* מָרָךְ *mollitiem in cor eorum.* Radix est רכך .

מרכב Nomen formæ masculinæ, sine plurali, & cum affixo מִרְכָּבוֹ . Sella, stratũ, epipphiũ, & animal, super quo insidetur. generale siquidẽ est ad omnem rem super quam insideri solitum est, & ter solum inuenitur. [*Sella, basto, bastina, giumenta, & ogni cosa sopra laquale si caualca.*] Leuit.15.9. *Et omne* הַמֶּרְכָּב *insessorium, super quo insidebit fluxum patiens, immundum erit,*

sartaginis fuerit oblatio tua. Et 6.32. *Et quicqd sit* בַּמַּרְחֶשֶׁת *in sartagine, &c.* Radix est רחש .

מרט Verbum Cal actiuum, perfectum, suscipiens affixa, sic flectitur in Biblijs,

מְרוּטִים	Part. præs.
מְרוּטָה	Part, pass.
אֶמְרְטָה אֶמְרְטֵם	Futurum.
לִמְרֹט	Infinitiuus.

Cætera, si opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grammaticales. Depilauit, pilos euulsit, extraxit, expilauit. [*Pelare, cauar i peli, stracciargli.*] Per trãslationem dicitur ornatè de ferro & huiusmodi, pro expolire, defricare, quòd detractis pilis cutis nitidior reddatur. [*Polire, far lucido, polito.*] Septẽ vicibus tm̃ inuenitur.

Percutere, et expilare aliquos. Nehem.13.25. — וְאַכֶּה מֵהֶם אֲנָשִׁים וָאֶמַרְטֵם

Gladius expolitus. Ezec.21.14. — חֶרֶב חֲדָה הוּחַדָּה וְגַם מְרוּטָה :

Gladius expolitus ad sustinẽdũ, &c. Ezec.21.33. — חֲדָה הִוא וגו' מְרוּטָה לְהָכִיל :

Humerus depilatus. Ezech.21.18. — וְכֹל כַּתֵּף מְרוּטָה :

Dare genas expilantibus. Esa.50.6. — וְלֶחְיִי לְמֹרְטִים :

Dare gladium ad expoliandum. Ezechiel.21.16. — יִתֵּן אַתָּה לְמָרְטָה :

Depilare de capillo capitis. Esd.9.3. — וְאֶמְרְטָה מִשְּׂעַר רֹאשִׁי : נמרט מ״ש מרט

Deuiuatiua huius sunt ;

מרט Verbum Pihel actiuum, perfectum, ex quo legitur in Biblijs semel participiũ passiuum, מְמֹרָט , nec aliud ex eo facilè formarem. Politus, expolitus, & sic dr̃ per translationem a depilando, vt in Cal habes. [*Polito, forbito.*] 1.Reg.7.45. *Aere* מְמֹרָט *polito.*

מרט Verbum Pohal superioris passiuum, quod in Biblijs habet has voces tantum.

מֹרְטָה	Præteritum.
מֹרָט	Part. præs. vel Toar.

Nec aliud ex eo facilè formarem. Depilatus, expilatus fuit. [*Fu pelato, stracciato i peli.*] Per translationẽ, vt in Cal, est politus, expolitus fuit. [*Fu polito, fatto terso.*] Quater inuenitur.

Gladium expoliri, vt sit ei fulgor. Ezec.21.15. — לְמַעַן הֱיֹה לָהּ בָּזָק מֹרָטָה :

Gens distracta, & expilata. Esa.18.2 — גּוֹי מְמֻשָּׁךְ וּמוֹרָט :

Gladium expoliri, vt detur in manu expolientis. Ezec.21.16. — הֵיאֹ הוּחַדָּה חֶרֶב וְהֵיאֹ מֹרָטָה וגו' :

Populus distractus expilatusque. Esa.18.7. — עַם מְמֻשָּׁךְ וּמוֹרָט :

Cæterum & in Syriaco idiomate hoc verbum idem significat, quod legitur in præterito מְרִיטוּ , Dan.7.4. *Donec* מְרִיטוּ *depilatæ fuerunt alæ eius.*

מרי Et ad maiorem accentum מְרִי , est nomen formæ masculinę, sine plurali, suscipiẽs affixa, quę sunt in Biblijs מְרִי מֹרִי מְרִיךְ מְרִיָם . Præuaricatio, immutatio sermonis alicuius, contradictio. [*Contradittione, contrafare, o contradire ad alcun fatto.*] Nos rebellionem dicemus, vt melius intelligatur. Radix est מרה , quamuis possit etiam a מרר deduci, & amaritudinem significare, præsertim vno scripturæ sacræ loco, vt illic annotabimus. [*Amarezza.*] מְרָיָם est insuper nomen proprium, vt mox habes. Loci aliquot obseruandi.

Dicere ad rebellionem. (rebelles.) Ezec.44.6. — וְאָמַרְתָּ אֶל מֹרִי וגו' :

Domus rebellionis. Ezec.2.5. — כִּי בֵּית מְרִי הֵמָּה :

Filij rebellionis. Num.17.25. — לְאוֹת לִבְנֵי מְרִי :

Malum quærere rebellionem. Prou. 17.11. — אַךְ מְרִי יְבַקֵּשׁ רָע :

וְלֹא מִרְמָה בְּפִיו :	*Fraudem non esse in ore alicuius. Esa. 53. 9.*
בְּלֹא שִׂפְתֵי מִרְמָה :	*Labia fraudis. Psal. 17. 1.*
תַּחְבֻּלוֹת רְשָׁעִים מִרְמָה :	*Technas iniustorum esse fraudem. Prouer. 12. 5.*

Alias מִרְמָה est nomen proprium viri ex Beniamin. Mirmah. [*Mirmano.*] 1. Par. 8. 10. וְאֶת מִרְמָה *Et Mirmam.* Radix est רמה .

מִרְמָס Nomen masculinum genere, sine plurali, & in regimine מִרְמַס quod semel etiã inuenitur in abstracto, librariorum errore forsitan. Calcatio, conculcatio. [*Calpestio, conculcatione.*] Septem vicibus inuenitur.

וְהָיָה לִמְרְמָס :	*Esse conculcationi (in cõculcationẽ.) Esa. 5. 5.*
וְהָיוּ לוֹ לִמְרְמָס :	*Esse alicui conculcationi. (in conculcationem) Esa. 28. 18.*
עַתָּה תִּהְיֶה לִמְרְמָס כְּטִיט חוּצוֹת :	*Esse conculcationi (in conculcationẽ) vt lutum platearum. Mich. 7. 10*
וְקֹדֶשׁ וַצַּבָּא מִרְמָס :	*Dare aliquid conculcationem. Dan. 8. 13.*
וְצָאנִי מִרְמָס רַגְלֵיכֶם הָרְעֶינָה :	*Pascere cõculcationem pedum. Ezechiel. 34. 18.*
וּלְמִרְמָה שֵׂה :	*Esse conculcationi (in conculcationẽ) pecoris. Esa. 7. 25.*
וְלִשְׁמוֹ מִרְמָס כְּחוֹמֶר חוּצוֹת	*Ponere aliquem conculcationem vt lutum platearum. Esa. 10. 6.*

Radix est רמס .

מְרֹמוֹת Nomen propriũ sacerdotis. Meremoth. [*Meremoto.*] Esd. 8. 33. *Super manu* מְרֹמוֹת *Meremoti filij Vriæ sacerdotis.* Hic dictus est etiam מְרָיוֹת, vt suo loco habes, & auxiliatus est alijs in reædificatione Ierusalem. Neh. 3. 4. *Secus hoc fortificauit* מְרֵמוֹת *Meremotus filius Vriæ.* Et 10. 6. מְרֵמוֹת *Meremotus.* Et 12. 3. מְרֵמוֹת *Meremotus* .

Fuit alter Meremotus, qui vxori alienigenæ libellũ repudij tradidit. Esd. 10. 35. מְרֵמוֹת *Meremotus* . Radix forsitan est רום .

מְרֹנָתִי Nomen gentile masculinum genere. Meronotites. [*Delia città di Merone.*] Neh. 3. 7. *Et Iadon* הַמְּרֹנָתִי *Meronotites, &c.* 1. Par. 27. 30. *Et super asinabus Iehdeias* הַמְּרֹנָתִי *Meronotites* . Deriuatur forsitan a שִׂמְרוֹן מְרוֹן .

מֶרֶס Nomen propriũ viri regis Assueri consiliarij. Meres. [*Meresо, Marsia.*] Est. 1. 14. מֶרֶס *Meres.*

מַרְסְנָא Nomen proprium viri cõsiliarij regis Assueri. Marsena. [*Marsenio.*] Est. 1. 14. מַרְסְנָא *Marsenas* .

מֵרַע Nomen masculinum genere, & declinatione, suscipiẽs affixa, quæ sunt in Biblijs מֵרֵעַ מֵרֵעֵהוּ מֵרֵעִים. Amicus, necessarius, sodalis, socius. [*Amico, compagno, socio.*] Ratione significationis vide in רַע, a quo etiam has voces formari possunt cum Mem prepositione, quod notes velim מֵרֵעִים cum Sceua sub Mem est ab רעה . Loci aliquot notandi.

וַיִּקְחוּ שְׁלוֹשִׁים מֵרֵעִים וגו' :	*Accipere triginta socios, &c. Iud. 14. 11.*
וְאֶתְּנֶנָּה לְמֵרֵעֵךְ :	*Dare socio. Iud. 15. 2.*
לְמַס מֵרֵעֵהוּ חֶסֶד וְיִרְאַת שַׁדַּי יַעֲזוֹב :	*Socium derelinqere pietatem, &c. Iob. 6. 14.*
אַךְ כִּי מֵרֵעֵהוּ וְרָחֵק מִמֶּנּוּ :	*Fratres (quin et socium) elongari ab aliquo. Pro. 19. 7.*
וִיהִי אֵשֶׁת שִׁבְשֹׁן לְמֵרֵעֵהוּ צָרַר רָעָה לוֹ :	*Esse socio, quem associaueris tibi. Iud. 14. 20.*

Radix est רעה .

מַרְעֶה Nomen masculinum genere, & declinatione, suscipiens affixa, q̃ sunt in Biblijs מַרְעֵהוּ מַרְעֵיכֶם . Pascuum, locus pascuus. [*Pascolo.*] Loci aliquot obseruandi.

לְבַקֵּשׁ מַרְעֵה לְצֹאנָם :	*Quærere pascuũ gregi. 1. Par. 4. 39.*
בְּמַרְעֵה טוֹב מַרְעֵה אֹתָם :	*Pascere aliquid in pascuo bono. Ezechiel. 34. 14.*
הַמַּרְעֶה הַטּוֹב תִּרְעוּ :	*Pascere pascuum bonũ. Ezec. 34. 18*
וְיֶתֶר מַרְעֵיכֶם תַּרְמְסוּ בְּרַגְלֵיכֶם :	*Conculcare residuum pascui. Ezech. 34. 18.*
יְתוֹר הָרִים מַרְעֵהוּ :	*Copiam montium esse pascuum alicuius. Iob. 39. 8.*
וּמַרְעֶה הוּא לַכְּפִרִים :	*Esse pascuum leunculis. Nah. 2. 12.*
וַיִּמְצְאוּ מַרְעֵה שָׁמֵן וְטוֹב :	*Inuenire pascuum pingue & bonum. 1. Par. 4. 40.*
לֹא מָצְאוּ מִרְעֶה :	*Non inuenire pascuum. Thren. 1. 6.*
מִרְעֵה עֲדָרִים :	*Pascuum gregum. Esa. 32. 14.*
כִּי אֵין מִרְעֶה לַצֹּאן :	*Pascuum non esse gregi. Gen. 47. 4.*
כִּי מִרְעֶה לְצֹאנְכֶם הֵם :	*Pascuũ gregi esse alicubi. 1. Par. 4. 41*
Cætera ex te formabis iuxta canones grammaticales, cum opus erunt. Fundatus fuit. [*Fù fondato, posto in fondamento, edificato.*] Exo. 9. 18. *Cui similis non fuit in Aegypto a die* יְוֻסְּדָה *fundari illius (qua fundata est) & vsque nunc.* He non habet Mapic Iudæis hodie, nescio qua de causa. Esa. 44. 28. *Et templo* תִּוָּסֵר *fundaberis.* Dauid eleganter ad homines transtulit. Ps. 2. 2. *Et Principes* נוֹסְדוּ *fundarunt se pariter.* Hoc est, fortes effecti sunt inuicem. Sic Psal. 31. 14. בְּהִוָּסְדָם *In fundari eos (dum fundantur) pariter aduersum me.* Alibi non inuenitur. Radix est יסד .

נוֹסֵס Verbum Pihel neutrũ, ex quiescentibus Ain Vau, quod in Biblijs habet has voces tantũ.

נוֹסֵס / נוֹסָסָה Præteritum.

Nec aliud ex eo facilè formarem, cum & de his dubitetur, an sint ex radice נוס, vt nos arbitramur, vel נסס, quemadmodum alij asserunt. Aufugit, citò & vehementer fugit: auget enim sensum a suo Cal. [*Fuggire velocissimamente, di furia.*] Esa. 10. 18. *Et erit sicut dissoluere* נֵס *citò aufugientis.* Alijs est Toar a נֵס vexillifer. Et 59. 19. *Quia veniet sicut flumẽ hostis, spiritus Domini* נוֹסָסָה *aufugit (citò cucurrit) in eum.* Locus dilucidandus. Alijs est ex נסס coniugatione quadrata, eleuatus, exaltatus, quos expendas accuratius velim. Alibi non inuenitur.

נוֹסַף Verbum Niphal passiuũ a se vel alio, ex quiescentibus Pe Iod, quod habet has voces tantum in Biblijs.

נוֹסַף / נוֹסָפָה Præteritum.
נוֹסָף / נוֹסָפוֹת Part. præs.

Quædam tamẽ alia formare iuxta regulas grammaticales, non absurdum fuerit, cum opus erũt. Additus. adiectus est, & se adiecit. [*Essere aggiunto, aggiungersi, cõgiungersi.*] Participium fœmininum est potius nomen, additamenta, additiones. [*Aggiungimenti.*] Inuenitur in sequentibus locis tantummodo.

לכך	וְעוֹד נוֹסָף עֲלֵיהֶם דְּבָרִים רַבִּים כַּהֵמָּה :	*Verba addi super verbis, &c. Iere. 36. 31.*
מסית	כִּי אֲשִׁית עַל דִּימוֹן נוֹסָפוֹת :	*Ponere additamenta super aliquid. Esa. 15. 9.*
נחלה	וְנוֹסַף עַל נַחֲלַת דַּמְשֶׂק וגו'	*Addi super possessione, &c. Nume. 36. 3.*
נחלה	וְנוֹסְפוּ נַחֲלָתָן עַל נַחֲלַת וגו' :	*Possessionem addi super possessione. Nume. 36. 4.*
סור	יֵשׁ מְפַזֵּר וְנוֹסָף עוֹד :	*Aliquẽ spargere, & addi. Pro. 11. 24.*
	וְנוֹסַף גַּם הוּא עַל שְׁנָאֵינוּ :	*Addi super (ad) osores alicuius. Exo. 1. 10.*

Radix est יסף .

נוֹסַר Verbum Niphal passiuũ vel a se vel ab alio, ex quiescentibus Pe Iod, sic flectit in Biblijs.

נוֹסְרוּ Præteritum.
אִוָּסֵר / תִּוָּסְרוּ / יִוָּסֵר Futurum.
הִוָּסְרוּ / הִוָּסְרִי Imperat.

Cætera ex te formabis ad canones grammaticales, cum opus erũt. Correctus, castigatus fuit, & se erudijt, vel verbo vel re ipsa. [*Gastigarsi, ammonirsi, emendarsi, fu gastigato, ammonito.*] Ezec. 23. 48. וְנִוָּסְרוּ *Et corrigentur (tã à se, quàm ab alijs) omnes mulieres.* Vox anomala ex Niphal & Hithpahel composita, quã notes. Leuit. 26. 23. *Et si in istis non* תִּוָּסְרוּ *corrigemini mihi.* Psalm. 2. 19. הִוָּסְרוּ *Erudimini iudices terræ.* Pro. 29. 19. (*In*) *verbis non* יִוָּסֵר *corrigetur seruus.* Ier. 6. 8. הִוָּסְרִי *Corrige te ò Ierusalem.* Et 31. 17. *Corripuisti me,* וָאִוָּסֵר *& emendaui me.* Nec alibi fortasis inuenitur. Radix est יסר .

נוּעַ Verbum Cal neutrum, ex quiescentibus Ain Vau, sic flectitur in Biblijs.

נָעוּ Præteritum.
נָע נָעִים / נָעוֹת Part. præs.
וַיָּנַע / תָּנוּעַ / יָנוּעוּ או יָנֹעוּ או יָנוּעוּן Futurum.
נְעִי Imperat.
נוֹעַ לָנוּעַ כְּנוֹעַ Infinitiuus.

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt, excepto Pahul. Motus est, vacillauit. [*Mouersi.*] Synonima sunt גלה · טלטל · חרד · נוד · נוף · צעה · רחף quæ diligentius vide suis locis. Differt נוע propriè a נוד, vt suo loco diximus, quod hoc sedendo, vel aliud quid agendo corpus tantum agitat, vel saltem paruam motionẽ denotat, & si postea largius vsurpetur, vt in sequentibus annotabis. נְעִים potest etiam esse a radice נעם, ibi quære. נע transit in naturam nominis, vt est mos participiorum, & mobilem, vagum significat. [*Che non può stare fermo.*] Inuenitur in sequentibus locis tantummodo.

תהכ	כֵּן אֹהֲבוּ לָנוּעַ :	*Amare ad mouendum. (moueri.) Ieve. 14. 10.*
תלג	וְנָעוּ אֱלִילֵי מִצְרַיִם מִפָּנָיו :	*Idola moueri a facie Domini. Esaias 19. 1.*
תאת	וַיִּנְעוּ אַמּוֹת הַסִּפִּים :	*Superliminaria moueri. Esa. 6. 4.*
תכוס	דְּלוּ מִבְּגוּשׁ בָּעוּ :	*Fluuium attenuari ab homine, mouere. Locus illustrandus. Iob. 28. 4.*
ארץ	נוּעַ תָּנוּעַ אֶרֶץ כַּשִּׁכּוֹר :	*Terram moueri vt ebriũ. Esa. 24. 21*
בן	וְנוּעַ יָנוּעוּ בָּנָיו רָשְׁאֵלוּ :	*Filios moueri, & q̃rere. Ps. 109. 10*
חיס	נַע וָנָד תִּהְיֶה בָּאָרֶץ :	*Aliquem esse vagum & mobilem in terra. Gen. 4. 11. Vide ēt ver. 13*
הלך	וַהֲלַכְתִּי לָנוּעַ עַל הָעֲצִים :	*Ire ad mouendum se super (propter) aliquid. Iud. 9. 9. & ver. 13.*
ים	וְנָעוּ מִיָּם עַד יָם וגו' :	*Moueri a mari vsque ad mare, &c. Amos 8. 12.*
לבב	וַיָּנַע לְבָבוֹ וגו' :	*Cor alicuius moueri, &c. Esa. 7. 2.*
מעגל	נָעוּ מַעְגְּלוֹתֶיהָ לֹא תֵדָע :	*Semitas alicuius moueri. Pro. 5. 6.*
כנף	כִּי נִצּוּ גַם נָעוּ :	*Volare, etiam moueri. Thr. 4. 15.*
עור	נָעוּ עִוְרִים בְּחוּצוֹת :	*Cæcos moueri in plateis. Thr. 4. 14.*
עיר	וְנָעוּ שְׁתַּיִם שָׁלוֹשׁ עָרִים אֶל עִיר אַחַת וגו' :	*Ciuitates moueri ad aliam ciuitatẽ. Amos 4. 8.*
עם	וַיִּרְא הָעָם וַיָּנֻעוּ וגו' :	*Populum videre, & moueri, & stare pro-*

עלילה	נוֹרָא עֲלִילָה עַל בְּנֵי אָדָם :	*Deus formidabilis actione super homines. Pſal. 66. 5.*
עם	אֵל עָם נוֹרָא כו׳ :	*Populus horribilis. Eſa. 18. 2.*
עכז	נוֹרָאוֹת בְּצֶדֶק תַּעֲנֵנוּ :	*Reſpondere terribilia in iuſtitia. (iuſtè.) Pſal. 65. 6.*
עכז	אֲשֶׁר עָשָׂה אִתָּךְ אֶת הַגְּדֻלֹּת וְאֶת הַנּוֹרָאוֹת הָאֵלֶּה :	*Facere magna & horrenda cum aliquo. Deut. 10. 20.*
עכז	וְלַעֲשׂוֹת כו׳ נוֹרָאוֹת לְאַרְצֶךָ :	*Facere horribilia terræ. 2. Sam. 7. 23*
עמז	כְּעָשׂוֹתְךָ נוֹרָאוֹת לֹא נְקֻוָּה :	*Facere timenda, quæ non expectat quis. Eſa. 64. 3.*
קרח	כְּעֵין הַקֶּרַח הַנּוֹרָא :	*Glacies horribilis. (Lucidiſſima.) Ezech. 1. 22.*
סס	קָדוֹשׁ וְנוֹרָא שְׁמוֹ :	*Nomen Dei eſt, ſanctus, & formidalis. Pſal. 111. 9.*
סס	וְשְׁמִי נוֹרָא בַּגּוֹיִם :	*Nomen Dei formidabile inter gentes. Mal. 1. 14.*
תקלט	נוֹרָא תְהִלֹּת :	*Formidabilis laudibus. Exo. 15. 11.*

Radix eſt ירא .

נורש Verbum Niphal paſsiuum, ex quieſcētibus Pe Iod, quod habet תיו has voces in Biblijs.

אֹרֶשׁ תּוֹרֵשׁ יוֹרֵשׁ Futurum.

Totum verò hoc tempus formare poteris iuxta regulas grammaticales, cum opus erit; reliqua non ita facilè formarem. Poſſeſſus fuit, hoc eſt, pauper euaſit, inopia preſſus eſt, & ſatis ornatè quidem per translationem, vt in הוֹרִישׁ diximus, nā ille pauper euadat, neceſſe eſt, cuius bona poſsidentur. Vel certè eſt effictū à nomine יֶרֶשׁ propriè. [*Fù poſſeduto, ſignoreggiato, impouerire, diuenire pouero.*] Gen. 45. 11. *Ne fortè* תּוֹרַשׁ *poſſideāris (ad inopiam redigaris,) tu, & domus tua, & quicquid habes.* Nota locum. Pro. 20. 13. *Ne diligas ſomnum, ne fortè* תּוֹרַשׁ *ad inopiam redigaris.* Et 23. 21. *Nam ebrius, & epulo* יוֹרַשׁ *depauperabitur.* Et 30. 9. *Et ne fortè* אֹרֶשׁ *inopia premar, & furer.* Nec alibi forſitan ſuenit. Radix eſt ירש

נוש Require ſuperius in אנש & nota .

נושב Verbum Niphal paſsiuum, ex quieſcētibus Pe Iod, ſic flectitur in Biblijs.

נוֹשָׁבָה
נוֹשְׁבוּ נוֹשַׁבְתִּי או נוֹשַׁבְתָּ Præteritum.
נוֹשָׁבָה או נוֹשֶׁבֶת נוֹשָׁבוֹת Part. præſ.

Nec aliud ex eo facilè formarem. Habitatus fuit. [*Fù habitato, ſtantiato.*] Loci obſeruandi.

ארץ	עַד בֹּאָם אֶל אֶרֶץ נוֹשָׁבֶת :	*Venire ad terram habitatam. Exo. 16. 35.*
ארץ	אֶרֶץ לֹא נוֹשָׁבָה :	*Ponere aliquid terram non habitatam. Ier. 6. 8.*
חרכם	לְהָשִׁיב יָדָךְ עַל חָרְבוֹת נוֹשָׁבוֹת :	*Deſolationes habitatæ. Ezec. 38. 12.*
יום	אֵיךְ אֲבַדְתְּ נוֹשֶׁבֶת מִיַּמִּים :	*Ciuitas habitata (circundata) a maribus. Ezec. 26. 17.*
עיר	וְהֶעָרִים הַנּוֹשָׁבוֹת תֶּחֱרַבְנָה :	*Vrbes habitatas deuaſtari. Ezech. 12. 20.*
עיר	כְּעָרִים אֲשֶׁר לֹא נוֹשָׁבוּ :	*Vrbes, quæ non habitantur, &c. Ezech. 26. 19.*
עיר	וְנוֹשְׁבוּ הֶעָרִים :	*Ciuitates habitari. Ezech. 36. 10.*

Radix eſt ישב .

נושן Verbum Niphal, paſsiuum in ſe, ex quieſcentibus Pe Iod, ſic flectitur in Biblijs.

נוֹשַׁנְתֶּם Præteritum.
נוֹשָׁן
נוֹשֶׁנֶת Part. præſ.

Cætera cautè formabis, cum opus erunt, iuxta cano nes grammaticales. Diu in aliquem locum retētus eſt, inueteratus eſt, ſic dictum eleganter per trāslationem,

Cætera, ſi opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grammaticales, נוֹקֵשׁ autem, quod aliqui huc reducūt, nos in נקש reiecimus, ibi quære. Illaqueatus, irretitus eſt, & ſe illaqueauit. [*Fù preſo al laccio, cadere nella rete, pigliarſi al laccio.*] Moſes eleganti ſimilitudine de auro Idolorum protulit. Deut. 7. 25. *Ne fortè* תִּוָּקֵשׁ *illaquearis in eo.* Salomon etiam figuratè eo vſus eſt, Prou. 6. 2. נוֹקַשְׁתָּ *Illaqueatus es in dictis oris tui.* Eſa. 28. 14. וְנוֹקְשׁוּ *Et illaqueabuntur, & capientur.* Eadem habentur cap. 28. 13. nec alibi fortaſsis inuenitur. Radix eſt יקש .

נור Nomen Chaldaicum maſculinum genere, ſine plurali. *Ignis.* [*Fuoco.*] Hebraicè אֵשׁ dicitur. Loci aliquot obſeruandi.

נורא

לתתן	יִתְלַקֵּא לְגוֹא אַתּוּן נוּרָא יְקִידְתָּא :	*Formax ignis ardentis. Dan. 3. 6.*
נגנ	מְהַלְכִין בְּגוֹ נוּרָא :	*Ire in medio ignis. Dan. 3. 24.*
נגנ	גַּלְגַּלּוֹהִי נוּר דְּלֵק :	*Rotas eſſe ignem ardētem. Dan. 7. 9.*
כסל	נְהַר דִּי נוּר נָגֵד כו׳ :	*Fluuius ignis. Dan. 7. 10.*
כית	וְרֵיחַ נוּר לָא עֲדַת בְּהוֹן :	*Odorem ignis non trāſire in aliquid. Dan. 3. 26.*
שכיכ	קְטוֹל הַמּוֹן שְׁבִבָא דִּי נוּרָא :	*Scintillā ignis interimere. Dan. 3. 21*
שכיכ	כַּרְסְיֵה שְׁבִבִין דִּי נוּר :	*Sedem eſſe ſcintillas ignis. Dan. 7. 9.*
פלט	דְּיִלָא שְׁלֵט נוּרָא בְּגִשְׁמֵיהוֹן :	*Ignem non dominari in aliquid. Daniel. 3. 26.*

Radix eſt etiam Hebraica, cuius deriuatiua & compoſita ſunt hæc אַבְנֵר אֲבִינֹעַם מְנוֹרָה נֵיר נֵר נְרִיָּה תְּנוּר .

נורא Verbum Niphal paſsiuum, ex quieſcentibus Pe Iod, & Lamed Aleph, quod ſemel legitur in Biblijs in futuro תִּוָּרֵא , totum verò formare poteris, cum opus erit, iuxta regulas grammaticales, non item alia tempora. Vſitatius autem eſt præſens participium, quod tamen tranſit in naturam nominis, & ſuſcipit affixa, quæ ſunt in Biblijs.

נוֹרָא
נוֹרָאָה נוֹרָאוֹת נוֹרָאֹתֶיךָ Part. præſ.
תִּוָּרֵא Futurum.

Timendus, terribilis, horribilis fuit, quæ enim horribilia ſunt, ea timere ſolemus. [*Fù temuto, degno d'eſſere temuto, ſpauenteuole.*] Loci obſeruandi.

לוס	אֲנִים וְנוֹרָא הוּא :	*Aliquem eſſe horrendum & timendum. Abac. 1. 7.*
תלנ	הָאֵל הַגָּדוֹל וְהַנּוֹרָא :	*Deus magnus, & formidabilis. Dan. 9. 4.*
תלנס	עַל אֱלוֹהַּ נוֹרָא הוֹד :	*Deus formidabilis maieſtate. Iob. 37. 21.*
תלנס	נוֹרָא אֱלֹהִים מִמִּקְדָּשֶׁיךָ :	*Deus formidabilis à ſanctuarijs ſuis. Pſal. 68. 36.*
תרן	מֵאֶרֶץ נוֹרָאָה :	*Terra formidabilis. Eſa. 21. 1.*
הוסח	וְתוֹרֶךָ נוֹרָאוֹת יְמִינֶךָ :	*Dexteram inſtruere aliquem horrendis. Pſal. 45. 5.*
יהנז	נוֹרָא יי׳ עֲלֵיהֶם :	*Deus formidabilis ſuper aliquos. Soph. 2. 1.*
יום	כִּי גָדוֹל יום יי׳ וְנוֹרָא מְאֹד :	*Dies horribilis. Ioel. 2. 11.*
תדכר	הַמּוֹלִיכְךָ בַּמִּדְבָּר תֵּבֵל וְהַנּוֹרָא :	*Deſertum magnum, & horribile. Deut. 8. 15.*
תלנח	כְּמַרְאֵה מַלְאַךְ הַמָּוֶת נוֹרָא מְאֹד :	*Angelus horribilis. Iud. 13. 6.*
תעצח	אֶת מַעֲשֶׂה יי׳ כִּי נוֹרָא הוּא :	*Opus Dei formidabile. Exo. 34. 10.*
תעצח	מָה נּוֹרָא מַעֲשֶׂיךָ :	*Deus formidabilis operib⁹. Pſ. 66. 3*
תקוס	מָה נּוֹרָא הַמָּקוֹם הַזֶּה :	*Locus formidabilis. Gen. 28. 17.*
כתלה	עַל כִּי נוֹרָאוֹת נִפְלֵיתִי :	*Mirum eſſe terribilibus. Pſ. 139. 14*
תלימס	כִּי עִמְּךָ הַסְּלִיחָה לְמַעַן תִּוָּרֵא :	*Remiſſionem eſſe cum Deo, vt timeatur. Pſal. 130. 4.*
עזוז	וְעֻזּוֹ נוֹרְאוֹתֶיךָ יֹאמֵרוּ :	*Fortitudo horribilium. Pſal. 145. 6.*

יקן	וְיִוָּעֵץ הַפַּלְּגֵךְ בַּחֲבָעֵם אֶת הַזְּקֵנִים :	*Conſultare ſenes. 1. Reg. 12. 6.*
חכמס	וְאֶת נוֹעֲצִים חָכְמָה :	*Sapientiam eſſe cum conſultantibus. Prouer. 13. 10.*
יחז	וַיִּשְׁמְרֵי נַפְשִׁי נוֹעֲצוּ יַחְדָּו :	*Conſultare pariter. Pſal. 71. 10.*
יחז	כִּי נוֹעֲצוּ לֵב יַחְדָּו :	*Conſultare corde pariter. Pſ. 83. 6.*
יחז	לָכֶה וְנִוָּעֲצָה יַחְדָּו :	*Venire, & cōſultare ſimul. Neh. 6. 7*
ילר	וַיִּוָּעֵץ אֶת הַיְלָדִים :	*Conſultare pueros. 1. Reg. 12. 8.*
מלך	וַיִּוָּעֵץ הַמֶּלֶךְ וְשָׂרָיו וְכָל הַקָּהָל בִּירוּשָׁלַם	*Regem, & Principes, & totam plebem conſultare. 2. Par. 30. 2.*
עבר	וַיִּוָּעֵץ אֶל עֲבָדָיו לֵאמֹר :	*Conſultare (ad) ſeruos. 2. Reg. 6. 8.*
קכל	וַיִּוָּעֲצוּ כָּל הַקָּהָל וגו׳ :	*Totum cœtum conſultare, ad faciendum, &c. 2. Par. 30. 23.*
סנר	וַיִּוָּעֵץ עִם שָׂרָיו וְגִבּוֹרָיו וגו׳ :	*Conſultare cum Principibus, & robuſtis, &c. 2. Par. 32. 3.*

Radix eſt יעץ .

נוף Verbum Cal actiuum, ex deficiētibus Pe Nun, & quieſcentibus Ain Vau, quod ſemel legitur in Biblijs in præterito נָפְתִּי , & quid propriè ſignificet, non ſatis patet. Ego ſimpliciter mouere, agitare, qui eſt huius radicis ſenſus, interpretor. [*Mouere.*] Nōnullis eſt ſtillare, a נֹפֶת per translationem, qui defluit. Salomon eo eleganter vſus eſt, Pro. 7. 17. נָפְתִּי *Agitaui cubile meum myrrha, aloe, & cinamomo.* Hoc eſt, totum his odoribus perfudi .

Deriuatiua huius ſunt אֲנָפָה הֲנִיף הוֹנִף נוֹף נוֹפָף נְפָה נֹפֶת תְּנוּפָה

נוף Nomen formæ maſculinæ, quod ſemel legitur in Biblijs, & incertum eſt, quid propriè ſignifi cet. Ego poſt omnes à נפה deriuari cenſeo, & regionem tractum ſignificare. [*Regione, contrata, marcha.*] Alijs eſt ramus à motione ex ſuperiori videlicet radice, & poſtea figuratè de climate dici putāt. Inuenitur Pſ. 48. 3. *Pulcher* נוֹף *regionis* [*regione.*] Expende locum & omnes accuratius .

Alias eſt nomen proprium vrbis in Aegypto celeberrimæ fœmininum genere, quam מוֹף eſſe, nonnulli credunt. Noph. [*Noſa.*] Eſa. 19. 13. *Decepti ſunt Principes* נֹף *Nophæ.* Ier. 2. 16. *Etiam, filij (ciues)* נֹף *Nophæ, &c.* Et 44. 1. *Qui habitabant in Migdolo, & in Tahpanhes,* וּבְנֹף *& in Nopha.* Et 46. 14. *Et audire facite* בְּנֹף *in Nopha.* Expende locos. Radix huius fortaſsis eſt נוף .

נופף Verbum Pihel actiuum, ex deficientibus Pe Nun, & quieſcentibus Ain Vau, quod ſemel legitur in Biblijs in futuro יְנוֹפֵף , nec penitus abſurdū fuerit, & alia formare iuxta canones grammaticales, cum neceſsitas expoſtulauerit. Agitauit, citò & velociter dimouit. [*Mouere velocemente.*] Eſa. 10. 31. יְנוֹפֵף *Agitabit manum ſuam (ad) mōtem filiæ Sion.* Radix eſt נוף .

נוץ Ex hac radice deriuatiua tantum in vſu ſunt, quæ ſunt hæc הִנִּיץ נִצּוּץ נִצָּה נוֹצָה נְצָנִים נִצָּצִים .

נוצה Require inferius in נ ante צ , vt nos arbitramur, ſuo loco proprio.

נוצר Verbum Niphal paſsiuum à ſe, vel ab alio, ex quieſcentibus Pe Iod, quod ſemel legitur in Biblijs. Creatus, formatus fuit, ſe formauit. [*Fù creato, formato, crearſi.*] Eſa. 43. 10. *Ante me non* נוֹצַר *formauit ſe Deus.* Aliquibus eſt nomen in regimine, formatio, creatura Dei. Expende locum. Radix eſt יצר .

נוקש Verbum Niphal paſsiuum, vel à ſe, vel ab alio, ex quieſcentibus Pe Iod, ſic flectitur in Biblijs.

נוֹקְשָׁתָ
נוֹקְשׁוּ Præteritum.
חוֹקֵשׁ

עפר	וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים מַה אַתֶּם נוֹעָצִים :	*Dicere, quid vos conſulitis? 1. Reg. 12. 9.*
סכין	אֵת מִי נוֹעָץ וַיְכִינֵהוּ :	*Conſultare aliquem, & te intelligere procul. Exo. 20. 18.*
עץ	כְּנוֹעַ עֲצֵי יַעַר מִפְּנֵי רוּחַ :	*Ligna moueri a facie venti. Eſa. 7. 2*
סכול	יִתְנוֹדְדוּ וְיִנְעוּ כַּשִּׁכּוֹר :	*Tripudiare, et moueri tanquā ebriū. Pſal. 107. 27.*
סכר	נָעוּ וְלֹא שֵׁכָר :	*Moueri, & non ſicera. Eſa. 29. 9.*
עמל	כִּי נָעִים כִּי תִשְׁמָרֵם בְּכִטְנֶךָ :	*Seruare verba, qa mobilia (vel ſuauia) ſint. Pro. 22. 18.*
עמס	רַק שִׂפְתָיו נָעוֹת :	*Labia moueri. 1. Sam. 1. 13.*

Deriuatiua huius ſunt הֲנָע מְנַעֲנְעִים נָנוּעַ נְעִיאֵל .

נוע Verbum Niphal in ſe agens, ex quieſcētibus Pe Iod, ſic flectitur in Biblijs.

נוֹעַדְתִּי או נֹעַדְתִּי
נוֹעָדוּ Præteritum.
נוֹעָדִים Part. præſ.
אִוָּעֵד
נִוָּעֵד או נוֹעַדְתָּ
יִוָּעֲדוּ Futurum.

Cætera ex te formabis, cum opus erunt, iuxta regulas grammaticales. Tempus conſtituit ad conueniendum, & ſimpliciter, conuenit, elegāter deductū a עֵדָה , quaſi cætum ſuo aduentu fecit. [*Dare ordine, & tempo d'abboccarſi inſieme, radunarſi, porſi inſieme.*] Conſtruitur cum ppoſitionibus ל אֶל עַל . Loci aliquot obſeruādi.

כית	נוֹעֵד אֶל בֵּית הָאֱלֹהִים וגו׳ :	*Conuenire ad domum Dei, &cæt. Neh. 6. 10.*
יחד	לְכָה וְנִוָּעֲדָה יַחְדָּו כַּכְּפִירִים וגו׳ :	*Conuenire ſimul in aliquo loco. Nehem. 6. 2.*
יחד	וַיִּוָּעֲדוּ יַחְדָּו לָבוֹא וגו׳ :	*Conuenire ſimul ad veniendum, &c. Iob. 2. 11.*
ילך	הֵיאָלְכוּ שְׁנַיִם יַחְדָּו בִּלְתִּי אִם נוֹעָדוּ :	*Duos non ire ſimul, niſi conuenerint. Amos 3. 3.*
מלך	כִּי הִנֵּה הַמְּלָכִים נוֹעֲדוּ :	*Reges conuenire. Pſal. 48. 5.*
עדס	וְנוֹעַדְתִּי אֵלֶיךָ כָּל הָעֵדָה :	*Totum cætum conuenire ad aliquē. Num. 10. 3.*
עדס	וְכָל עֲדַת יִשְׂרָאֵל הַנּוֹעָדִים עָלָיו וגו׳ :	*Totum cætum conuenire ſuper (ad) aliquem. 1. Reg. 8. 5.*
סס	וְנוֹעַדְתִּי לְךָ שָׁם :	*Cōuenire alicui tempori certo alicubi. Exo. 25. 21.*
סס	אֲשֶׁר אִוָּעֵד לָכֶם שָׁמָּה וגו׳ :	*Cōuenire alicui alicubi. Exo. 29. 42*
סס	וְנוֹעַדְתִּי שָׁמָּה לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל :	*Cōuenire alicubi alicui. Exo. 24. 43*

Radix eſt יעד .

נועדיה Nomen propriū Leuitæ. Noadiah. [*Noadia.*] Eſd. 8. 33. וְנוֹעַדְיָה *Et Noadias filius Biriui.* Fuit etiam quædam Prophetiſſa huius nominis, vt Neh. 6. 14. *Sed &* לִנוֹעַדְיָה *Noadiæ prophetiſſæ, &c.* Compoſitum eſt ex יעד & יה .

נועז Nomen maſculinum genere, quod ſemel legitur in Bibliis. Fortis, obfirmatus. [*Fortiſſimo, gagliardo, intrepido.*] Eſa. 33. 19. *Populum* נוֹעַז *obfirmatum nō videbis.* Radix oībus eſt יעז , mihi potius עוז .

נועץ Verbum Niphal in ſe agens, ex quieſcētibus Pe Iod, ſic flectitur in Biblijs.

נוֹעַץ
נוֹעֲצוּ Præteritum.
נוֹעֲצִים Part. præſ.
יִוָּעֵץ
נִוָּעֲצָה יִוָּעֲצוּ Futurum.

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt. Conſuluit, conſilium petijt, cōſultauit. [*Conſigliarſi, dimandare conſiglio.*] Participiū tranſit in nomen actiuum. Conſultor, qui dat conſilium. [*Conſigliante.*] Conſtruitur abſolutè, & cum præpoſitionibus אֶל אֵת עִם . Loci obſeruandi.

quasi somno oppressus restitit. [*Inuecchiarsi, stare lungamente in alcun luogo.*] Leuit. 13. 11. *Lepra* נוֹשֶׁנֶת *inueterata est* [*incancherita*] *in cute carnis eius*. Et 26. 10. *Et comedetis vetus* נוֹשֶׁן *inueteratum*. Deut. 4. 25. וְנוֹשַׁנְתֶּם *Et inueteraſcetis in terra*. Non posses auté hic dicere וְנוֹקַנְתֶּם, nam hoc verbũ non est propriè inueteraſcere, vt transferrur, sed diu retineri, quemadmodum dictũ est, quod notes velim. Alibi non inuenitur. Radix est ישן .

נוֹשַׁע Verbum Niphal pasiuũ vel à se, vel ab alio, ex quieſcẽtibus Pe Iod, sic flectiť in Biblijs.

נוֹשַׁע } Præteritum.
נוֹשַׁעְתָּם נוֹשָׁעְנוּ

Part. præſ. נוֹשָׁע

אִוָּשֵׁעַ
תִּוָּשֵׁעִי תִּוָּשֵׁעוּ } Futurum.
נִוָּשֵׁעָה תִּוָּשְׁעוּן

Imperat. הִוָּשֵׁעוּ

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt. Saluatus, seruatus, ereptus, adiutus fuit, & se eripuit, saluauit, protexit, defendit. [*Fù ſaluato, aiutato, ſaluarſi, aiutarſi, defenderſi*.] Loci aliquot obſeruandi.

וְנוֹשַׁעְתֶּם מֵאֹיְבֵיכֶם :	*Saluari ab hoſtibus. Num.* 10. 9.
וּמִן אֹיְבֵי אֶוָּשֵׁעַ :	*Seruari ab inimicis. Pſal.* 18. 4.
הוֹשִׁיעֵנִי וְאִוָּשֵׁעָה :	*Saluare, & ſaluari. Ier.* 17. 14.
אֵין הַמֶּלֶךְ נוֹשָׁע בְּרֹב חָיִל :	*Regem non ſaluari in multitudine roboris. Pſal.* 33. 16.
עַם נוֹשַׁע בַּיי' :	*Populum ſeruari in Domino. Deut.* 33. 24.
יִשְׂרָאֵל נוֹשַׁע בַּיי' תְּשׁוּעַת עוֹלָמִים :	*Saluari in Domino ſalute ſeculorum. Eſa.* 45. 17.
בְּיָמָיו תִּוָּשַׁע יְהוּדָה :	*Saluari in diebus alicuius. Ier.* 23. 6
סַעֲדֵנִי וְאִוָּשֵׁעָה :	*Fulcire aliquem, & ſeruari. Pſalm.* 119. 117.
פְּנוּ אֵלַי וְהִוָּשְׁעוּ כָּל אַפְסֵי אָרֶץ :	*Aſpicere ad Deum, & ſaluari, &c. Eſa.* 45. 22.
וְהַאֵר פָּנֶיךָ וְנִוָּשֵׁעָה :	*Deum illuſtrare vultum ſuum, & aliquem ſaluari. Pſal.* 80. 4.
הִנֵּה מַלְכֵּךְ יָבוֹא לָךְ צַדִּיק וְנוֹשָׁע הוּא כו' :	*Rex Meſſias iuſtus, & ſeruans ſe. Zach.* 9. 9.
וְעֵת צָרָה הִיא לְיַעֲקֹב וּמִמֶּנָּה יִוָּשֵׁעַ :	*Saluari ab angustia. Ier.* 30. 7.
בְּשׁוּבָה וָנַחַת תִּוָּשָׁעוּן :	*Seruari in reuerſione, & in quiete. Eſa.* 30. 15.
הוֹלֵךְ תָּמִים יִוָּשֵׁעַ :	*Euntem integrè ſaluari. Pro.* 28. 18

Radix est ישע .

נְוָת / **נְוָיֹת** Nomen proprium loci iuxta Ramatham, ad quem se Dauides ob metum Saulis recepit Nauoth. [*Nauote.*] 1. Sam. 19. 18. *Et manſerunt* בִּנְוֹת *in Nauoth*. Et ver. 19. *Ecce Dauid est* בִּנְוֹת *in Nauoth in Rama*. Iod errore loco Vau irrepsit, vel certè legẽdum est Nauith; quamuis Iudæi hodierni vbiq; ex Massara נְוֹת Naioth legant. Radix mihi est נוה .

נוֹתַר Verbum Niphal pasiuum, ex quieſcentibus Pe Iod, sic flectitur in Biblijs.

נוֹתַר } Præteritum.
נוֹתְרָה
נוֹתְרוּ נוֹתְרָתֶם

Part. præſ. נוֹתָר נוֹתָרִים נוֹתֶרֶת נוֹתָרוֹת

Futurum. אִוָּתֵר / יִוָּתְרוּ

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt. Superfuit, reſtauit, reliquus fuit, & dicitur de quacunque ſuperabundantia, vt in יֶתֶר eius radice habes. [*Reſtare, auanzare, eſſere di più.*] Loci aliquot obſeruandi.

וְלֹא נוֹתַר מֵהֶם אֶחָד :	*Vnum ex aliquibus non ſupereſſe. 2. Sam.* 13. 30.
וְלֹא נוֹתַר מֵהֶם אִישׁ :	*Virum non (nullum) ſupereſſe ex aliquibus. Num.* 26. 65.
כִּי הַנּוֹתָר בְּקֶרֶב הָאָרֶץ :	*Reſtare in medio terræ. Eſa.* 7. 22.
אֶת הַנּוֹתָרִים עַל פְּנֵי הָאֲדָמָה :	*Reſtare ſup facie terræ. Ezec.* 39. 14
וַיִּוָּתֵר יַעֲקֹב לְבַדּוֹ :	*Aliquem reſtare ſolum. Gen.* 32. 25
וַיִּוָּתֵר הוּא לְבַדּוֹ לְאִמּוֹ :	*Aliquem reſtare ſolum matri ſuæ. Gen.* 44. 20.
וְהָיְתָה כָל הַנּוֹתָר בְּבֵיתְךָ כו' :	*Reſtare ī domo alicui'. 1. Sam.* 2. 36
בְּנֵיהֶם אֲשֶׁר נִתְּרוּ אַחֲרֵיהֶם בָּאָרֶץ :	*Filios reſtare poſt aliquos in terra. 1. Reg.* 9. 21.
וְהַנּוֹתָר מִכְּשַׂר הַזֶּבַח כו' :	*Supereſſe de carne. Leuit.* 7. 7.
וְהַנּוֹתָר בַּבָּשָׂר וּבַלָּחֶם כו' :	*Comburere, quod ſupereſt in carne, & in pane. Leuit.* 8. 32.
וְהָיָה כָל הַנּוֹתָר מִכָּל הַגּוֹיִם :	*Reſtare ex omnibus gentibus. Zach.* 14. 16.
וְאַתְּ וּבָנֶיכִי תֵּחְיִי בַּנּוֹתָר :	*Viuere in (de) reliquo. (oleo.) 2. Reg.* 4. 7.
לַכֵּלִים בָּאִי הַכֵּלִים הַנּוֹתָרִים כו' :	*Vaſa reſtare, &c. Ier.* 27. 17.
וְהַנּוֹתֶרֶת מִן הַמִּנְחָה כו' :	*Qd ſupeſt de oblatione, etc. Leui.* 2. 3
וְקָחַי אֶת הַמִּנְחָה הַנּוֹתֶרֶת :	*Oblatio reſtans. Leuit.* 10. 12.
אֲנִי נוֹתַרְתִּי נָבִיא לַיי' לְבַדִּי	*Aliquem reſtare Prophetam Domini ſolum. 1. Reg.* 18. 22.
לֹא נוֹתַר כָּל נְשָׁמָה :	*Vniuerſitatem animæ non (nullã animam) reſtare. Ioſ.* 11. 11.
עַד אֲשֶׁר לֹא נוֹתְרָה בּוֹ נְשָׁמָה :	*Animam non reſtare in aliquem. 1. Reg.* 17. 17.
וְנוֹתְרָה בַת צִיּוֹן כַּסֻּכָּה בְּכֶרֶם כו' :	*Reſtare vt tentorium in vinea. Eſa.* 1. 8.
וְעַל כָּל עָרֵי יְהוּדָה הַנּוֹתָרוֹת :	*Vrbes reliquæ. Ier.* 34. 7.
כָּל הָעָם הַנּוֹתָר מִן הָאֱמֹרִי כו' :	*Populum reſtare ex aliquibus. 1. Reg.* 9. 20.
וּרְוָחָה נוֹתָרָה בָהּ פְּלֵטָה :	*Euaſionem ſupereſſe in aliquo loco. Ezech.* 14. 22.
וְלֹא נוֹתַר בָּהּ פְּלֵטָה :	*Fracturã nõ reſtare ī muro. Neh.* 6. 1
וְיֶתֶר הַנּוֹתָרִים בְּרַגְלֵיכֶם תִּרְפְּשׂוּן :	*Conculcare (in) pedibus reſiduas (aquas.) Ezec.* 34. 17.
וְהַנּוֹתָר בַּשֶּׁמֶן כו' :	*Supereſſe in oleo, &c. Leuit.* 14. 18.
וְהַשְּׁלִישִׁית יִוָּתֵר בָּהּ :	*Tertiam partem reſtare. Zac.* 13. 8.
וְהַנּוֹתָר מִן הַשֶּׁמֶן :	*Supereſſe de oleo. Leuit.* 14. 29.
עַל פִּי הַשָּׁנִים הַנּוֹתָרוֹת :	*Anni remanẽtes. Leui.* 27. 18. (34
וְשָׂרַפְתָּ אֶת הַנּוֹתָר בָּאֵשׁ :	*Cõburere reſiduũ (in) igne. Exo.* 29.
וְתְמִימִים יִוָּתְרוּ בָהּ :	*Integros ſupeſſe in terra. Pro.* 2. 20.
עַד אֲם נוֹתַרְתֶּם כָּתֶרֶן כו' :	*Reſtare vt malum in vertice montis. Eſa.* 30. 17.

נ ז

נז Lege radicem נזה , & obserua, quando He radicale à scriptura decidat.

נְזִיד Nomen formæ masculinę, sine plurali, & in regimine נְזִיד . Pulmentum, puls, coctio ipsa pulmenti. [*Menestra.*] Sex vicibus tantum inuenitur.

וַיָּזֵד יַעֲקֹב נָזִיד :	*Edere de pulmento. 2. Reg.* 4. 40.
וּבִשֵּׁל נָזִיד לִבְנֵי הַנְּבִיאִים :	*Coquere pulmentum. 2. Reg.* 4. 38.
וַיָּזֶד יַעֲקֹב נָזִיד :	*Coquere pulmentum. Gen.* 25. 29.
וְנָגַע בְּכַנְפּוֹ אֶל הַלֶּחֶם וְאָכַל חֲנִזִּיד :	*Tangere (ad) pulmentum (in) pallio. Agg.* 2. 12.
וַיִּפַּלַּח אֶל סִיר הַנָּזִיד :	*Olla pulmenti. 2. Reg.* 4. 39.
וּנְזִיד עֲדָשִׁים :	*Dare pulmentum lentis. Gen.* 25. 34

Deriuatiuum huius est חזיד .

	Exo. 34. 19.
עון	זֵכֶר עָוֹן אֲבֹתָיו אֶל יי' : *Iniquitatem alicuius commemorari ad Dominum. Pſal.* 109. 14.
פגיס	וְנִזְכָּרְתֶם לִפְנֵי יי' *Ad memoriam redigi ante Deum. Num.* 10. 9.
פשע	כָּל פִּשְׁעָיו אֲשֶׁר עָשָׂה לֹא יִזָּכְרוּ לוֹ : *Præuaricationes alicuius non commemorari ei. Ezec.* 18. 21.
צדקה	וְלֹא תִזָּכַרְנָה צִדְקֹתָיו : *Iuſtitias alicuius non commemorari. Ezech.* 3. 20.
רחמות	רָאמוֹת וְגַבִישׁ לֹא יִזָּכֵר : *Corralia & gabiſcum non commemorari. Iob.* 28. 18.
שם	וְלֹא יִזָּכֵר שִׁמְךָ עוֹד : *Nomen alicuius non commemorari amplius. Pſal.* 83. 5.
שם	וְלֹא יִזְכְּרוּ עוֹד בְּשָׁמֵם : *Aliquem non commemorari adhuc (in) nomine. Hoſ.* 2. 17.

Radix est זכר .

נזל Verbum Cal neutrum, ex deficiẽtibus Pe Nun, sic flectitur in Biblijs.

נָזְלוּ נְזָלוּ Præteritum.

Part. præſ. נוֹזְלִים נוֹזְלֵיהֶם

יִזַּל
תִּזַּל
יִזְּלוּ } Futurum.

Cætera ex te formabis iuxta canones grammaticales, cum opus erunt, vel ex synonimis desumes, quæ sunt זָרַף זוב יָצַק נָזַה נָטַף נָתַךְ נָגַף עָרַף , quæ diligentius suis locis vide. Fluxit, defluxit, de aquis propriè dictum, & si ad alia quædam transferatur tropo sanè, per quàm eleganti, vt cum dicitur, montes, & nubes fluere, quasi videantur in aquas resolui, & tunc alijs est trãsitiuum, quod non placet. [*Scorrere.*] Participium sæpius trãsit in nomen, epithetum videlicet fluuiorum, & ideo susci pit affixa. Decem & septem vicibus forsitan tantum inuenitur.

חוֹל כַּטַּל אִמְרָתִי :	*Eloquiũ fluere ſicut rorẽ. Deut.* 32. 2
וְנֹזְלִים מִתּוֹךְ בְּאֵרָה :	*Bibere fluenta è medio putei ſui. Prouer.* 5. 15.
יִזְלוּ בְשָׂמָיו :	*Aromata fluere. Cant.* 4. 16.
וַיּוֹצֵא נוֹזְלִים מִסֶּלַע :	*Educere fluenta à petra. Pſ.* 78. 16.
הָרִים נָזְלוּ מִפְּנֵי יי' :	*Mõtes fluere à facie Domini. Iud.* 5. 5
מִפָּנֶיךָ הָרִים נָזְלוּ :	*Montes fluere à facie Domini. Dages in Lamed est ad ornatum. Eſa.* 64. 1. & 3.
וְנוֹזְלִים עַל יָבֵשָׁה :	*Fundere fluenta ſup arida. Eſa.* 44. 3
נוֹזְלִים מִן לְבָנוֹן :	*Fluenta ex Libano. Cant.* 4. 15.
יִזַּל מַיִם מִדְּלָיו :	*Aquam fluere à ſtula. Num.* 24. 8.
יָשַׁב רוּחוֹ יִזְלוּ מָיִם :	*Aquas fluere. Pſal.* 147. 18.
אִם יִנְחֲשׁוּ מַיִם זְדִים חֲרִים נוֹזְלִים :	*Aquas fluere, &c. Ier.* 18. 14.
נָצְבוּ כְמוֹ גֵד נוֹזְלִים :	*Fluẽta ſtare ſicut cumulũ. Exo.* 15. 8.
וְעַפְעַפָּיו יִזְלוּ מָיִם :	*Palpebras fluere aquis. Ier.* 9. 18.
אֲשֶׁר יִזְלוּ שְׁחָקִים :	*Cœlos fluere. Iob.* 36. 28. (8.
וְשַׁחֲקִים יִזְלוּ צֶדֶק :	*Cœlos fluere iuſtitia. (iuſtè.) Eſa.* 45.
וְנֹזְלֵיהֶם בַּל יִשְׁתּוּיִן :	*Vertere fluẽta in ſanguinem, ne quis bibat. Pſal.* 78. 44.

Deriuatiua huius sunt חזיל זלזלים מזלות .

נזם Nomen masculinum genere, & declinatione, suscipiens affixa, quæ sunt in Biblijs נֶזֶם נְזָמִים נִזְמִי נִזְמָה . Monile, ornamentum aurium, vultus, & nasi, verum cuius figuræ fuerit, ignoratur. [*Pendente, gioiello.*] Synonimum עָגִיל , quod vide. Sexdecim tantùm vicibus inuenitur.

וְאֶת הַנְּזָמִים אֲשֶׁר בְּאָזְנֵיהֶם כו' :	*Monilia in auribus, &c. Gen.* 35. 4.
נֶזֶם זָהָב בְּאַף חֲזִיר :	*Monile auri ī naſo porci. Pro.* 11. 22

Verbum Cal neutrũ, ex deficientibus Pe Nun, & quieſcentibus Lamed He, quod habet has voces tantum in Biblijs.

יִזֶּה אִז יִז וְיִז Futurum.

Nec aliud ex eo facilè formarem, cum impersonale ferè sit. Sparsus, aspersus fuit. [*Spargerſi, gocciolare, ſpruzzarſi.*] Leuit. 6. 20. *Et cum* יִזֶּה *aſperſum fuerit de sanguine eius super pãnos illud sup quo* יִזֶּה *aſperſum fuerit, &c.* 2. Reg. 9. 33. וְיִז *Et aſperſum eſt de ſanguine eius ad parietem, &c.* Esa. 63. 3. וְיִז *Et aſpergetur victoria* (*vide* נֵצַח) *eorum ſuper veſtes meas.* Alibi non inuenitur.

Deriuatiuum huius est הזה .

נזהר Verbum Niphal pasiuũ vel à se, vel ab alio, perfectum, sic flectitur in Biblijs.

נִזְהָר Part. præſ.
הִזָּהֵר Imperat.
לְהִזָּהֵר Infinitiuus.

Cætera ex te formabis iuxta prçcepta grammaticalia, cum opus erunt. Commonefactus est, se admonuit, commonefecit, correxit. [*Fù corretto, correggerſi, emendarſi.*] Videtur autem per translationem satis ornatè sic dici, quasi lucidum se fecit, vt in sua radice זהר habes, ibi quære. Octo vicibus inuenitur.

חַיִּי יִחְיֶה כִּי נִזְהָר :	*Viuere, qa correctus es. Ezec.* 3. 21.
אֲשֶׁר לֹא יָדַע לְהִזָּהֵר עוֹד :	*Neſcire commonefieri adhuc. Eccleſ.* 4. 13.
וְיֶתֶר מֻזְהָרָה בְנִי הִזָּהֵר :	*Commonefieri plus his. Eccl.* 12. 12.
גַּם עַבְדְּךָ נִזְהָר בָּהֶם :	*Seruum commonefieri in aliqua re. Pſal.* 19. 12.
הָעָם לֹא נִזְהָר :	*Populũ non cõmonefieri. Ezec.* 33. 6
וְשָׁמַע הַשֹּׁמֵעַ אֶת קוֹל הַשּׁוֹפָר וְלֹא נִזְהָר :	*Audire vocem tubę, & non commonefieri. Ezec.* 33. 4. *Vide et. ver.* 5

נזח Verbum Niphal pasiuum à se, vel ab alio, ex duplicibus, quod bis legitur in scriptura sacra solummodo, in futuro, יִזַּח , nec satis patet, quid propriè significet. Ex coniecturis quidam autumant, à radice Chaldaica deriuari, & in altura attolli significare. Alij remoueri interpretantur. [*Eſſere inalzato, inalzarſi, ouero eſſere rimoſſo.*] Exo. 28. 29. & 39. 21. *Et non* יִזַּח *attolletur* (*auferetur*) *pectorale deſuper Ephod.* Expende omnes accuratius. Radix est זחח .

נזן Verbum Niphal in se agẽs, ex duplicibus, quod semel legitur in Biblijs in imperatiuo הָנָּזֹּ , nec aliud ex eo facilè formarem. Seipsum mundauit. [*Mondarſi, purgarſi.*] Esa. 1. 16. *Lauamini* הִנָּזֹּ *mũdate vos.* Radix est זכך . Alijs verò est ex Hithpahel à radice זכה , vt superius habes in הִזָּכֵּה , ibi vide.

נזר Verbum Niphal pasiuum, perfectum, sic flectitur in Biblijs.

נִזְרָחֶם Præteritum.
נִזְרָיִם Part. præſ.

יִנָּזֵר
תִּנָּזֵר אוֹ תִּזָּכֵר
תִּנָּזְרוּ אוֹ תִּזָּכְרוּ } Futurum.

הִנָּזְכְּרוּ Infinitiuus.

Cætera ex te formabis iuxta regulas grãmaticales, cum opus erunt. Ad memoriam redactus est, recordatio alicuius facta est. [*Fù raccordato, mentouato.*] Semel insuper deducitur eleganter à nomine זֵכֶר , ideſt masculum effici, nasci, masculari, si dicere licitũ foret docẽdi gratia. [*Naſcere maſchio.*] Loci aliquot obseruãdi.

כָּל חַטָּאתִי אֲשֶׁר עָשָׂה לֹא תִזָּכַרְנָה :	*Peccata non commemorari. Ezech.* 33. 17.
וְהַיָּמִים הָאֵלֶּה נִזְכָּרִים כו' :	*Dies commemorari. Eſt.* 9. 28.
וְכָל מִקְנֵהוּ תִּוָּכֵר :	*Gregem maſculari. (maſculũ naſci.)*

נ ח

נח Lege radices נוח נחה, & obserua dictiones, quæ remanent in ſcriptura cum his duabus tantum radicalibus.

נֹחַ Nomen proprium Patriarchæ notiſsimi. Noah. [*Noè.*] Geneſ. 5. 29. *Et appellauit nomen eius* נֹחַ *Noè, &c.* Is iuſſu diuino arcam fabrefecit, in qua octo animæ à diluuio ſeruatæ ſunt, cuius hiſtoria manifeſta eſt apud Moſem Gen. 5. & 6. Natus eſt anno mūdi milleſimo quinquageſimo ſexto, mortuo iam Adamo ab hinc octoginta annis. Fuit auctor vini plantata vinea. Vixit annos nongentos quinquaginta, & mortuus eſt anno ſexageſimo vitæ Abraham. Laudatur virtute iuſtitiæ etiam ab Ezechiele 14. 14. *Et fuerint hi tres viri in medio eius* נֹחַ *Noè, Daniel, & Iob, ipſi (in) iuſtitia ſua eripient.* Hinc patet, falſum eſſe, quod quidam Hebræorum dicunt Gene. 6. 9. נֹחַ *Noè vir iuſtus integer fuit in ætatibus ſuis.* In alijs verò nequaquam iuſtus fuiſſet, inquiunt, ſed in illis, cum omnes deprauatæ vitæ eſſent, integer apparuit. Eſa. 54. 9. *Quia aquæ* נֹחַ *Noè, hoc mihi eſt, &c.* Quidā legūt בימי sicut dies Noè. Radix eſt נוח.

נִיחַח Require paulò inferius, ſuo loco proprio.

נָחְבָּא Verbum Niphal in ſe agens, ex quieſcentibus Lamed Aleph, ſic flectitur in Biblijs.

נָחְבָּא נָחְבְּאָה נָחְבְּאוּ נָחְבְּאוֹת	Præteritum.
נֶחְבָּא נֶחְבָּאִים	Part. præſ.
אֶחְבָּא תֶּחְבָּא יֶחְבָּא	Futurum.
הֵחָבְאוּ	Infinitiuus.

Cætera ex te formabis iuxta regulas grāmaticales, cum opus erunt. Nonnunquā Aleph deficit, & aliquando mutatur in He, ad augendam forſitan ſignificationem, quod notes velim. Se abſcondit, abdidit, celauit, ob metum videlicet propriè, vt plurimum. [*Naſconderſi da paura.*] Conſtruitur abſolutè, & cum præpoſitionibus ב אל. Loci notandi.

לָמָּה נַחְבֵּאתָ לִבְרֹחַ :	*Abdere ſe ad fugiendum.* (*Celare fugam.*) *Gen.* 31. 27.
וַיִּבְרַח בְּהֵחָבְאוֹ :	*Fugere in abſcondendo ſe.* (*Latibulum.*) *Dan.* 10. 7.
אֲשֶׁר חָבֹא חֶדֶר בַּחֶדֶר לְהֵחָבֵה :	*Intrare intimum cubiculum ad abſcondendum ſe.* 1. *Reg.* 22. 25.
וְנֶחְבָּא לֹא יוּכַל :	*Non poſſe abdere ſe. Ier.* 49. 10.
וְאִירָא כִּי עֵירֹם אָנֹכִי וָאֶחָבֵא :	*Timere, & abdere ſe. Gen.* 3. 11.
וַיֵּשֶׁב בַּכֶּסֶא וַתֶּחְבָּא :	*Manere in abſconſione, & abdere ſe.* 1. *Sam.* 19. 2.
הִנֵּה הוּא נֶחְבָּא אֶל הַכֵּלִים :	*Abdere ſe ad vaſa.* 1. *Sam.* 10. 24.
וַיֵּחָבְאוּ בַּמְּעָרָה בְּמִכְמָרֶת :	*Abdere ſe in ſpecu. Ioſ.* 10. 16.
קוֹל נְגִדִים נֶחְבָּאוּ :	*Principes abdere ſe. Iob.* 29. 10.
וַיִּיתֵר יוֹתָם כִּי נֶחְבָּא :	*Aliquem ſupereſſe, quia abdidit ſe. Iud.* 9. 5.
הִנֵּה עַתָּה הוּא נֶחְבָּא בְּאַחַת הַפְּחָתִים כו׳ :	*Abdere ſe in vna fouearum, vel in vno locorum. 2. Sam.* 17. 9.
רְאוּנִי נְעָרִים וְנֶחְבָּאוּ :	*Videre, & abdere ſe. Iob* 29. 8.
וְאִם יֵחָבֵא בְּרֹאשׁ הַכַּרְמֶל כו׳ :	*Abdere ſe in capite Carmeli. Amos* 9. 3.
לְהֵחָבֵה בַּהֲשֹׂרָה :	*Abdere ſe in agro. 2. Reg.* 7. 12.
כְּשׁוֹט לָשׁוֹן תֵּחָבֵא :	*Abdere ſe in flagello linguæ.* (*Tempore flagelli.*) *Iob* 5. 21.
וְנֶחְבֵּתֶם שָׁמָּה :	*Abdere ſe alicubi. Ioſ.* 2. 16.

Radix eſt חבא.

	dos coronatur. Exo. 29. 6.
וְיִתֵּן עַל־יוֹ אֶת־הַנֵּזֶר כו׳ :	*Dare ſeparationem (coronam) ſuper aliquem. 2. Reg.* 11. 12.
וְיֵעָשׂוּ אֶת צִיץ נֵזֶר הַקֹּדֶשׁ :	*Facere laminā ſeparationis ſanctitatis.* (*Pro ſacerdote.*) *Exo.* 39. 30
וְאֶקַּח הַנֵּזֶר אֲשֶׁר עַל רֹאשׁוֹ :	*Accipere ſeparationem, (coronam) quæ eſt ſuper caput. 2. Sam.* 1. 10
כִּי נֵזֶר שֶׁמֶן מִשְׁחַת אֱלֹהָיו עָלָיו :	*Separationem olei vnctionis Dei eſſe ſuper aliquem. Leuit.* 21. 12.
עַל תּוֹרַת נְזִרוֹ :	*Lex nazareatus. Num.* 6. 21.

נֵזִיר Nomen maſculinum genere, & declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Biblijs נזיר נזיר נְזִירֵיהֶם נְזִירֶיהָ. Nazareus, diuiſus, ſeparatus, qui abſtinet ab aliquibus rebus enumeratis in lege; & coronatus, נֵזֶר inſignitus. [*Nazareo, ſeparato, che s'aſtiene, & incoronato.*] Bis inſuper legitur in plurali in abſtracto, pro ſeparatione, diuiſione. [*Separatione, l'aſtenerſi.*] Loci notandi.

וּלְקַדְקֹד נְזִיר אֶחָיו :	*Coronatus (ſeparatus) fratrum. Ioſephum deſcribit. Gen.* 49. 26.
כִּי נְזִיר אֱלֹהִים יִהְיֶה הַנָּעַר מִן הַבָּטֶן :	*Aliquem eſſe Nazareū Dei ab vtero. Iud.* 13. 5.
וּמִבְחוּרֵיכֶם לִנְזִרִים :	*Excitare de iuuenibus Nazareis (in Nazareos.) Amos* 2. 11.
וְלֹא תַבְצְרוּ אֶת נְזִירֶיהָ :	*Nō vindemiare ſeparatiōes. (Vuas à quib⁹ abſtinēdū ſit.) Leui.* 25. 11
וְגִלַּח הַנְּזִיר כו׳ :	*Nazareum tōdere, &c. Num.* 6. 18.
וְהִשְׁקִוּ אֶת הַנְּזִרִים יָיִן :	*Potare Nazareos vino. Amos* 2. 12
זִכְוֵי נְזִירֶיהָ מִשֻּׁלָּג :	*Nazareos puriores eſſe niue. Thr.* 4. 7.
וְנָתַן עַל כַּפֵּי הַנְּזִיר כו׳ :	*Dare ſuper pannis Nazarei, &c. Num.* 6. 19.
לִנְדֹּר נֶדֶר נְזִיר לְהַזִּיר לַיי׳ :	*Votum Nazarei, &c. Num.* 6. 2.
וְאֶת עֲנְבֵי נְזִירֶיהָ לֹא תְבַצֵּל :	*Non vindemiare vuas ſeparationū. (à quibus abſtinendum ſit.) Leuit.* 25. 5.
וְאַחַר יִשְׁתֶּה הַנָּזִיר יָיִן :	*Nazareum bibere vinū. Num.* 6. 20
וְזֹאת תּוֹרַת הַנָּזִיר כו׳ :	*Lex Nazarei, &c. Num.* 6. 13.

נזרה Verbum Niphal paſsiuum, ex quieſcentibus Lamed He, quod ſemel legitur in Biblijs in futuro יִוָּרוּ, & iterum ſemel in infinitiuo cum affixo reciproco בְּהִוָּרְשֵׁיכֶם, cætera verò ſi opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grammaticales. Diſperſus fuit. [*Fù ſparſo.*] Ezec. 6. 8. בְּהִוָּרְשֵׁיכֶם *Dum diſperſi eritis in regionibus.* Et 36. 19. וַיִּזָּרוּ *Et diſperſi fuerunt in regionibus.* Radix eſt זרה.

נזרע Verbum Niphal, paſsiuum, perfectum, ſic flectitur in Biblijs.

נִזְרָעָה נִזְרָעָתֶם	Præteritum.
יִזָּרֵעַ תִּזָּרֵעַ	Futurum.

Cætera, ſi opus erunt, ex te formabis ad canones grammaticales. Satus, ſeminatus fuit, & dicitur de omnibus, ſicut & ſuum Cal, ibi quære. [*Fù ſeminato.*]

כָּל אַרְצָהּ לֹא תִזָּרֵעַ כו׳ :	*Terram non ſeminari. Deut.* 29. 22.
כָּל זֶרַע זָרִיעַ אֲשֶׁר יִזָּרֵעַ :	*Semen ſeminari. Leuit.* 11. 37.
וְנִזְרָעָה זָרַע :	*Mulierē ſeminari ſemine. Nu.* 5. 28
אֲשֶׁר לֹא יַעֲבֹד בּוֹ וְלֹא יִזָּרֵעַ :	*Vallem non coli, nec ſeminari. Deut.* 21. 4.
וְנֶעֱבָדְתֶּם וְנִזְרַעְתֶּם :	*Montes coli, & ſeminari. Ezec.* 36. 9
לֹא יִזָּרַע מִשְׁכֹּךְ עֹזֵר :	*Non ſeminari de homine alicuius. (Hebraiſmus pulcherrimus, ideſt nomine alicuius magnifieri.) Nah.* 1. 14.

נוֹק Nomen Chaldaicum maſculinum genere. Læſus. [*Offeſo, danneggiato.*] Dan. 6. 3. *Et rex non erit* נוֹק *læſus.*

נזר Verbum Cal neutrum, ex deficiētibus Pe Nun, quod bis tantum legitur in ſcriptura ſacra in præterito נזרו, & dubitatur, an ſit ex hac radice Cal, ſicut nos poſuimus, hoc eſt, ſegregatus, ſeparatus eſt, vel potius Niphal in ſe agens à radice זור, ideſt, ſe abalienauit, quæ tamen ſignificatione proxima ſunt. [*Separarſi, diſtorſi, farſi come ſtrano.*] Eſa. 1. 4. נָזֹרוּ *Separati (abalienati) ſunt retrorſum.* Ezech. 14. 4. *Qui* נָזְרוּ *ſeparati (abalienati) ſunt deſuper me.* Expende locos, & oēs accuratius. Deriuatiua huiꝰ ſunt הזיר מְזֹרוֹת מנזרים נזר נֵזֶר נְזִיר.

נזר Verbum Niphal in ſe agens, ex deficientibus Pe Nun, quod habet has voces tm̄ in Biblijs.

יִנָּזֵר יִנָּזְרוּ	Futurum.
הִנָּזֵר	Imperat.

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt. Separauit ſe, abſtinuit. [*Separarſi, aſtenerſi, diſtorſi.*] Vide בבדל. Quater inuenitur.

וְנִזַּר בְּאַחֲרֵי *Separari à poſt Deum. Ezec.* 14. 6.	
הָאֲבָבָה בַּחֹדֶשׁ הַחֲמִישִׁי הִנָּזֵר כַּאֲשֶׁר כו׳ :	*Flere abſtinendo, &c. Zach.* 7. 3.
וְיִנָּזְרוּ לַבֹּשֶׁת :	*Separari ignominiæ. Hoſ.* 9. 10. *Vide* בשת.
וְנִזְרוּ מִקָּדְשֵׁי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל :	*Separari à ſanctificatis. Leuit.* 22. 2.

נֵזֶר Nomen formæ maſculinæ, ſine plurali, ſuſcipiēs affixa, quæ ſunt in Biblijs נֵזֶר נִזְרִי נִזְרוֹ. Separatio, diuiſio. [*Separatione.*] Dicitur autem in ſcriptura ſacra, vel de ſeparatione Nazarei, quod nōnullis rebus abſtineret; vel de diademate, quo reges vel ſacerdotes quodammodo ab alijs diſcernuntur, diſgreganturque, ſicut ex locis ſequentibus annotare poteris.

כִּי אַבְנֵי נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת עַל אַדְמָתוֹ :	*Lapides ſeparationis. Zac.* 9. 16. *Locus explicandus.*
כִּי נֵזֶר אֱלֹהָיו עַל רֹאשׁוֹ :	*Separationem Dei eſſe ſuper caput alicuius. Num.* 6. 7.
גַּזֵּי נִזְרֶךָ :	*Tondere ſeparationem.* (*Cæſariem auctam ſeparationis tempore.*) *Iere.* 7. 31.
וְגִלַּח הַנְּזִיר כו׳ אֶרֶז רֹאשׁ נִזְרוֹ :	*Nazareum tondere caput ſeparationis ſuæ. Num.* 6. 18.
וְאֵם נֵזֶר לְדוֹר וָדוֹר :	*Separationem (coronam non) eſſe ætati ætati. (ſemper.) Pro.* 27. 24
וְעָלָיו יָצִיץ נִזְרוֹ :	*Separationem (coronam) florere ſuper aliquem. Pſal.* 132. 18.
אַחֲרֵי הִתְגַּלְּחוֹ אֶת נִזְרוֹ :	*Tondere ſe ſeparationem ſuam. (Cæſariem auctam ſeparationis tempore.) Num.* 6. 19.
חִלַּלְתָּ לָאָרֶץ נִזְרוֹ :	*Prophanare ſeparationem (coronā) regis. Pſal.* 89. 40.
וְטִמֵּא רֹאשׁ נִזְרוֹ :	*Polluere caput ſeparatiōis. Nu.* 6. 9
כִּי טָמֵא נִזְרוֹ :	*Nazareatum (ſeparationem) eſſe immundam. Num.* 6. 12.
כָּל יְמֵי נִזְרוֹ כו׳ :	*Dies ſeparationis. (Nazareatus) alicuius, &c. Num.* 6. 4.
כָּל יְמֵי נֶדֶר נִזְרוֹ כו׳ :	*Dies voti ſeparationis alicuius. Nume.* 6. 5.
וְהִזִּיר לַיי׳ אֶת יְמֵי נִזְרוֹ :	*Separare Domino dies ſeparationis ſuæ. Num.* 6. 12.
וְלָקַח אֶת שְׂעַר רֹאשׁ נִזְרוֹ :	*Accipere capillum capitis ſeparationis ſuæ. Num.* 6. 18.
וְנָתַתָּ אֶרֶז נֵזֶר הַקֹּדֶשׁ עַל הַמִּצְנֶפֶת :	*Dare ſeparationem ſanctitatis, &c. Laminam innuit, qua Deo ſacerdos coronatur. Exo.* 29. 6.
וְיָתַן עַל־יוֹ אֶת הַנֵּזֶר כו׳ :	*Dare ſeparationem (coronam) ſuper aliquem. 2. Reg.* 11. 12.
וְיֵעָשׂוּ אֶת צִיץ נֵזֶר הַקֹּדֶשׁ :	*Facere laminā ſeparationis ſanctitatis.* (*Pro ſacerdote.*) *Exo.* 39. 30
וְאֶקַּח הַנֵּזֶר אֲשֶׁר עַל רֹאשׁוֹ :	*Accipere ſeparationem, (coronam) quæ eſt ſuper caput. 2. Sam.* 1. 10
כִּי נֵזֶר שֶׁמֶן מִשְׁחַת אֱלֹהָיו עָלָיו :	*Separationem olei vnctionis Dei eſſe ſuper aliquem. Leuit.* 21. 12.
עַל תּוֹרַת נְזִרוֹ :	*Lex nazareatus. Num.* 6. 21.

נזיר Nomen maſculinum genere, & declinatione, ſuſcipiens affixa, quæ ſunt in Biblijs נזיר נזיר נְזִירֵיהֶם נְזִירֶיהָ. Nazareus, diuiſus, ſeparatus, qui abſtinet ab aliquibus rebus enumeratis in lege; & coronatus, נֵזֶר inſignitus. [*Nazareo, ſeparato, che s'aſtiene, & incoronato.*] Bis inſuper legitur in plurali in abſtracto, pro ſeparatione, diuiſione. [*Separatione, l'aſtenerſi.*] Loci notandi.

וּלְקַדְקֹד נְזִיר אֶחָיו :	*Coronatus (ſeparatus) fratrum. Ioſephum deſcribit. Gen.* 49. 26.
כִּי נְזִיר אֱלֹהִים יִהְיֶה הַנַּעַר מִן הַבָּטֶן :	*Aliquem eſſe Nazareū Dei ab vtero. Iud.* 13. 5.
וּמִבְחוּרֵיכֶם לִנְזִרִים :	*Excitare de iuuenibus Nazareis (in Nazareos.) Amos* 2. 11.
וְלֹא תַבְצְרוּ אֶת נְזִירֶיהָ :	*Nō vindemiare ſeparatiōes. (Vuas à quib⁹ abſtinēdū ſit.) Leui.* 25. 11
וְגִלַּח הַנְּזִיר כו׳ :	*Nazareum tōdere, &c. Num.* 6. 18.
וְהִשְׁקִוּ אֶת הַנְּזִרִים יָיִן :	*Potare Nazareos vino. Amos* 2. 12
זִכְוֵי נְזִירֶיהָ מִשֶּׁלֶג :	*Nazareos puriores eſſe niue. Thr.* 4. 7.
וְנָתַן עַל כַּפֵּי הַנְּזִיר כו׳ :	*Dare ſuper pannis Nazarei, &c. Num.* 6. 19.
לִנְדֹּר נֶדֶר נְזִיר לְהַזִּיר לַיי׳ :	*Votum Nazarei, &c. Num.* 6. 2.
וְאֶת עֲנְבֵי נְזִירֶיהָ לֹא תְבַצֵּל :	*Non vindemiare vuas ſeparationū. (à quibus abſtinendum ſit.) Leuit.* 25. 5.
וְאַחַר יִשְׁתֶּה הַנָּזִיר יָיִן :	*Nazareum bibere vinū. Num.* 6. 20
וְזֹאת תּוֹרַת הַנָּזִיר כו׳ :	*Lex Nazarei, &c. Num.* 6. 13.

נזרה Verbum Niphal paſsiuum, ex quieſcentibus Lamed He, quod ſemel legitur in Biblijs in futuro יִוָּרוּ, & iterum ſemel in infinitiuo cum affixo reciproco בְּהִוָּרְשֵׁיכֶם, cætera verò ſi opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grammaticales. Diſperſus fuit. [*Fù ſparſo.*] Ezec. 6. 8. בְּהִוָּרְשֵׁיכֶם *Dum diſperſi eritis in regionibus.* Et 36. 19. וַיִּזָּרוּ *Et diſperſi fuerunt in regionibus.* Radix eſt זרה.

נזרע Verbum Niphal, paſsiuum, perfectum, ſic flectitur in Biblijs.

נִזְרָעָה נִזְרָעָתֶם	Præteritum.
יִזָּרֵעַ תִּזָּרֵעַ	Futurum.

Cætera, ſi opus erunt, ex te formabis ad canones grammaticales. Satus, ſeminatus fuit, & dicitur de omnibus, ſicut & ſuum Cal, ibi quære. [*Fù ſeminato.*]

כָּל אַרְצָהּ לֹא תִזָּרֵעַ כו׳ :	*Terram non ſeminari. Deut.* 29. 22.
כָּל זֶרַע זָרִיעַ אֲשֶׁר יִזָּרֵעַ :	*Semen ſeminari. Leuit.* 11. 37.
וְנִזְרָעָה זָרַע :	*Mulierē ſeminari ſemine. Nu.* 5. 28
אֲשֶׁר לֹא יַעֲבֹד בּוֹ וְלֹא יִזָּרֵעַ :	*Vallem non coli, nec ſeminari. Deut.* 21. 4.
וְנֶעֱבָדְתֶּם וְנִזְרַעְתֶּם :	*Montes coli, & ſeminari. Ezec.* 36. 9
לֹא יִזָּרַע מִשְׁכֹּךְ עֹזֵר :	*Non ſeminari de homine alicuius. (Hebraiſmus pulcherrimus, ideſt nomine alicuius magnifieri.) Nah.* 1. 14.

	Monilia naſi. Eſa. 3. 21.
הֲכִיאוּ חֵה וְנֶזֶם כו׳ :	*Adducere monile, &c. Exo.* 35. 22.
וַיָּשֶׂם הַנֶּזֶם עַל אַפָּהּ :	*Ponere monile ſuper naſum. Geneſ.* 24. 47.
וַיִּתְפָּרְקוּ כָּל הָעָם אֶת נִזְמֵי הַזָּהָב כו׳ :	*Abrumpere à ſe monilia, &c. Exo.* 32. 3.
וְאִישׁ נֶזֶם זָהָב אֶחָד :	*Dare monile auri vnum. Iob.* 42. 12
וַיִּקַּח הָאִישׁ נֶזֶם זָהָב בֶּקַע מִשְׁקָלוֹ :	*Accipere monile auri ponderis dimidij ſicli. Gen.* 24. 22.
וַיְהִי מִשְׁקַל נִזְמֵי הַזָּהָב כו׳ :	*Pondus monilium, &c. Iud.* 8. 26.
וָאֶתֵּן נֶזֶם עַל אַפֵּךְ :	*Dare monile ſuper naſo. Ezechiel.* 16. 12.
וְעֵד נִזְמָהּ וְחַלְיָתָהּ :	*Ornare ſe monili ſuo. Hoſ.* 2. 13.
פָּרְקוּ אֶת נִזְמֵי הַזָּהָב כו׳ :	*Frangere monilia, &c. Exo.* 32. 2.
וַיְהִי כִּרְאֹת אֶת הַנֶּזֶם כו׳ :	*Videre monile, &c. Gen.* 24. 30.
וְתְנוּ לִי אִישׁ נֶזֶם שְׁלָלוֹ כו׳ :	*Dare monilia prædæ. Iud.* 8. 24.

נוזר Verbum Niphal paſsiuum, eleganter deductum à זְמוֹרָה, quod ſemel legitur in Biblijs in futuro יִזָּמֵר, cætera ex te formabis ad canones grāmaticales, cum opus erūt. Putatus fuit, vel palmitibus aptatus fuit, vt in זמר eius radice habes, ibi quære. Dicitur autem de vite tantùm propriè. [*Fù podato.*] Eſa. 5. 6. *Non* יִזָּמֵר *putabitur.*

נוזך Verbum Niphal paſsiuum, perfectum, quod ſemel legitur in Biblijs in præterito נִזְעֲכוּ, & ignoratur, quid propriè ſignificet. Communiori tamē ſententia omnibus ferè eſt excindi: nonnullis verò extingui, quaſi idem ſit cum נדעך, de quo ſuperius dictū eſt, mutatione Daleth in Zain facta. [*Fù tagliato, onero fu eſtinto.*] Iob 17. 1. *Dies mei* נִזְעֲכוּ *exciſi ſunt.* Expende locum accuratius & omnes. Radix eſt זעך.

נזעם Verbum Niphal in ſe agens perfectum, quod ſemel legitur in Biblijs in præſenti participio נִזְעָמִים, cætera cautè formabis, cum opus erunt. Indignatione, deteſtatione ſe repleuit. [*Sdegnarſi fuor di modo.*] Pro. 25. 23. *Et facies* נִזְעָמִים *deteſtatione plenas lingua abſconſionis.* Vide ſuam radicem זעם.

נזעם Verbum Niphal paſsiuum, perfectū, ſic flecti tur in Biblijs.

נִזְעַקְתָּ נִזְעֲקוּ	Præteritum.
יִזָּעֵק יִזָּעֲקוּ	Futurum.

Cætera, ſi opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grammaticales. Inclamatus, acclamatus, clamando collectus fuit, ſic dictum, quod ad clamorem in vnum coeant hoſes. [*Fù gridato, chiamato con gridi, radunarſi al grido.*] Inuenit forſitan in ſequētibus locis tantūmodo.

וַיִּזָּעֵק אֲבִימֶלֶךְ אַחֲרָיו :	*Conclamari poſt aliquem. Iud.* 6. 34. *Vide etiam ver.* 35.
וְהָאֲנָשִׁים כו׳ נִזְעָקוּ וַיִּרְדְּפוּ כו׳ :	*Homines conclamari, &cæt. Iud.* 18. 22.
מַה לְּךָ כִּי נִזְעָקְתָּ :	*Aliquid eſſe alicui, quòd conclamatur. Iud.* 18. 23.
וַיִּזָּעֲקוּ כָּל הָעָם אֲשֶׁר בָּעִיר כו׳ :	*Totum populum conclamari, &c. et. Ioſ.* 8. 16.
וַיִּזָּעֵק שָׁאוּל וְכָל הָעָם אֲשֶׁר אִתּוֹ :	*Aliquem & populum, qui cum eo eſt, conclamari. 1. Sam.* 14. 22.

Radix eſt זעק.

נזק Nomen formæ maſculinæ, quod ſemel legitur in Biblijs. Læſio, damnum, nocumentum, iactura. [*Offenſione, danno, perdita.*] Eſt. 7. 4. *Neque enim hoſtis æqualis eſt* בְּנֶזֶק *in dāno regis.* Hebraiſmus pulcherrimus, pro non eſt tanti aduerſarius, vt hoc damnum eius gratia libēti animo ſufferas. Radix eſt potius Chaldaica, quàm Hebræa, & hinc deriuantur הנזק הנזק נָזֵק.

		Thren. 2. 18.
הושיב	וְיֹשִׁיבֵם בְּנָחַל הַבְּשׂוֹר :	*Manere facere in torrente Beſor .* 1.*Sam.* 30.21.
סכה	וְהַכֻּהוּ לְשִׁבְעָה נְחָלִים :	*Percutere fluuium ſeptem fluuijs.* *Eſa.* 11.15.
הלך	כָּל הַנְּחָלִים הֹלְכִים אֶל הַיָּם :	*Omnes fluuios tendere ad mare.* *Eccleſ.* 1.7.
העביר	וַיַּעֲבֵרֵם אֶת הַנָּחַל :	*Tranſire facere fluuium.* *Gen.* 32.24
סריב	וַיָּרֶב בְּנָחַל :	*Contendere in valle.* 1.*Sam.* 15.5.
השליכו	וַיַּשְׁלִיכוּ לְנַחַל קִדרוֹן :	*Proijcere torrenti.* 2.*Par.* 30.14.
השקה	וְתַחַל עֲדָנֶיךָ תַשְׁקֵם :	*Potare fluuio delectationũ.* *Pſ.* 36.9
זרד	וַיַּחֲנוּ בְּנַחַל זָרֶד :	*Caſtrametari in valle Zered.* *Nume.* 21.13.
חלק	בְּחֶלְקֵי נַחַל חֶלְקֵךְ :	*Partem alicuius eſſe in lubricitatibus torrentis.* *Eſa.* 57.6.
חנה	וַיַּחֲנוּ בְּנַחַל גְּרָר /	*Caſtrametari in valle Gerare.* *Geneſ.* 26. 17.
חפר	וַיַּחְפְּרוּ עַבְדֵי יִצְחָק בַּנָּחַל :	*Fodere in valle.* *Gen.* 26.19.
יבק	כָּל יַד נַחַל יַבֹּק :	*Manus fluuij Iaboc.* *Deut.* 2.37.
יבש	וַיִּבַּשׁ הַנַּחַל :	*Torrentem areſcere.* 1.*Reg.* 17. 7.
ים	נַחֲלָה אֶל הַיָּם :	*Torrens (vel poſſeſſio) ad mare.* *Ezechiel.* 47.19. *Locus dilucidãdus .*
ירד	אֶל הַנַּחַל הַיֹּרֵד מִן הָהָר :	*Fluuiũ deſcẽdere de mõte.* *Deu.* 9.22
ישב	וְיֵשֶׁב בְּנַחַל כְּרִית :	*Manere in torrente Cerith .* 1. *Reg.* 17. 5.
כרית	וְנִסְתַּרְתָּ בְּנַחַל כְּרִית :	*Abſcondi in torrente Cerith.* 1.*Reg.* 17. 3.
מוש	אוֹלִיכֵם אֶל נַחֲלֵי מָיִם :	*Ducere ad torrẽtes aquarũ.* *Ier.* 31. 8
מצרים	יִנְסֹב הַגְּבוּל מֵעַצְמוֹן הַנַּחְלָה מִצְרָיִם :	*Fluuius Aegypti.* *Num.* 34.5.
נבע	נַחַל נֹבֵעַ מְקוֹר חָכְמָה :	*Fluuium ſcaturire.* *Pro.* 18.4.
נהפך	וְנַהֲפְכוּ נַחֲלֶיהָ לְזֶפֶת :	*Fluuios verti pici.* (*i picẽ.*) *Eſa.* 34.9
נהר	נַהֲרֵי נַחֲלֵי דְבַשׁ וְחֶמְאָה :	*Decurſus fluuiorum mellis & butyri.* *Iob.* 20. 17.
נטה	כְּנַחֲלִים נָטָיוּ :	*Fluuios deflecti.* *Num.* 24.7.
נמלא	וְהַנַּחַל הָהוּא יִמָּלֵא מַיִם :	*Torrẽtem repleri aqua.* 2.*Reg.* 3.17.
נסכר	נַחַל אֲשֶׁר לֹא יֶעְבָּר :	*Fluuiũ nõ (poſſe) tranſiri.* *Eze.* 47.5.
נוף	וְצָאתֶם אַתֶּם בְּסוֹף הַנָּחַל :	*Innenire i fine torrẽtis.* 2.*Par.* 20.16
סחב	וַיַּחֲבִנִי אֹתוֹ עַד הַנָּחַל :	*Raptare ad fluuium.* 2. *Sam.* 17.13.
עבר	נַחֲלָה עָבַר עַל נַפְשֵׁנוּ :	*Fluuium tranſire ſuper animam .* *Iſal.* 124. 4.
עבר	נַחַל אֲשֶׁר לֹא אִכַּל לַעֲבֹר :	*Nõ poſſe trãſire fluuiũ.* *Ezec* 47.5.
עיר	וְהָעִיר אֲשֶׁר בַּנָּחַל :	*Ciuitas ĩ fluuio.* (*Valle.*) *Deut.* 2.36
עלה	וְאֶהִי עֹלֶה בַּנַּחַל לָיְלָה :	*Aſcendere in* (*per*) *valle.* *Neh.* 2.15
ערב	יִקְרְוּהָ עָרְבֵי נָחַל :	*Corui torrentis.* *Pro.* 30.17.
ערבים	וַיַּחֲלִים בָּעֲרָבָה :	*Fluuios diſcindi in campeſtribus .* *Eſa.* 35. 6.
ערבים	עַד נַחַל הָעֲרָבָה :	*Fluuius planitiei.* *Amos* 6.15.
ערבים	וְעַרְבֵי נָחַל :	*Salices fluuij.* *Leuit.* 23.40.
ערבים	סְבִיבוֹתָיו עַרְבֵי נָחַל :	*Salices fluuij circundare aliquem.* *Iob.* 40.17.
ערבים	יִפְקְדֵם עַל נַחַל הָעֲרָבִים יְשָׁאוּם :	*Portare ſuper* (*ad*) *torrentem ſalicem.* *Eſa.* 15.7. (6.
ערוץ	בְּעֵרוּץ נְחָלִים לִשְׁכֹּן :	*Habitare ĩ fractura torrẽtis.* *Iob.* 30.
פרץ	פֶּרֶץ נַחַל מֵעִם גָּר :	*Frangere torrentem.* (*Vel torrẽtem erumpere.*) *Iob.* 28.4.
קדרון	וְהַחֹלֵךְ עִבֶר בְּנַחַל קִדרוֹן :	*Tranſire in torrente Cidron.* 2.*Sam.* 15. 23.
קישון	וּמָשַׁכְתִּי אֵלֶיךָ נַחַל קִישׁוֹן :	*Trahere ad fluuium Ciſon.* *Iud.* 4.27
קישון	נַחַל קִישׁוֹן גָּרַפָם :	*Fluuium Ciſon abripere .* *Iud.* 5.21.
קנט	מַתְפּוּחַ יֵלֵךְ הַגְּבוּל יָמָּה נַחַל קָנָה :	*Fluuius* (*vel vallis*) *Cang.* *Ioſ.* 16.8. (33.
רגבים	מְחִקּוּ לוֹ רִגְבֵי נָחַל :	*Sciſſuras torrẽtis dulceſcere.* *Iob.* 21.
שחט	שֹׁחֲטֵי הַיְלָדִים בַּנְּחָלִים :	*Iugulare infantes in valle.* *Eſa.* 57.5
וּמְקַלְלָיו יִכָּרֵתוּ :	*Maledictos excindi.* Psal. 37. 22.
וְנִכְרְתָה קֶשֶׁת מִלְחָמָה :	*Arcum belli excindi.* Zach. 9. 10.
בְּהִכָּרֵת רְשָׁעִים תִּרְאֶה :	*Videre, cum iniusti excinduntur.* Psal. 37. 34.
וְלֹא יִכָּרֵת שֵׁם הַמֵּת כו׳ :	*Nomen non excindi de (cum) fratribus, &c.* Ruth. 4. 10.
וְנִכְרְתוּ כָּל שֹׁקְדֵי אָוֶן :	*Vigilatores iniquitatis excindi.* Esa. 29. 20.
וְתִקְוָתְךָ לֹא תִכָּרֵת :	*Spem non excindi.* Pro. 23. 18.

Radix est כרת.

נכשל Verbum Niphal passiuum in se, perfectũ, sic flectitur in Biblijs.

נִכְשַׁל } Præteritum.
נִכְשְׁלוּ }
נִכְשָׁל Part. præs.

נ מ

נם Lege radicem נום, & obserua dictiones, quę remanẽt in scriptura cũ his duabus tm̃ radicalib⁹.

נְמוּאֵל Nomẽ proprium viri ex tribu Ruben. Nemuel. [*Nemuele.*] Nume. 26.9. *Filij verò Eliabi* נְמוּאֵל *Nemuel, &c.*

Fuit alter Nemuel ex tribu Simeonis, qui & יְמוּאֵל. Num. 26.12. לִנְמוּאֵל *Nemueli, &c.* Ab hoc fit נְמוּאֵלִי sequens. Compositum fortasis est ex נום & אֵל.

נְמוּאֵלִי Nomen masculinum genere, patronymicum, à superiori Nemuele tribus Simeonis deriuatum. Nemuelites. [*Huomo della famiglia di Nemuele.*] Num. 26.12. *Nemueli familia* הַנְּמוּאֵלִי *Nemuelitidis.* Compositum forsan est ex נום & אֵל.

נמאס Verbum Niphal passiuum, perfectum, sic flectitur in Biblijs.

Part. præs. נִמְאָס

Futurum. יִמָּאֵס, תִּמָּאֵס, יִמָּאֲסוּ

Cætera, si opus erunt, formari poterunt iuxta regulas grammaticales. Reprobatus, reiectus fuit. [*Fù rifiutato, sprezzato.*] Inuenitur in sequẽtibus locis tm̃modo.

וְאִשָּׁה נְעָרִים כִּי תִמָּאֵס׃	*Mulierem adolescentiæ reprobari. Esa.* 54.6.
כֶּסֶף נִמְאָס קָרְאוּ לָהֶם׃	*Argentum reprobatum. Ier.* 6.30.
יִמְאֲסוּ כְּמוֹ מָיִם כּוֹ׳׃	*Reprobari tanquàm aquas, &c. Psl.* 58.8. *Nonnulli Aleph stat loco Samech pro* יִמְסְסוּ, *qđ nõ placet.*
נִכְוֶה בְּעֵינָיו נִמְאָס׃	*Reprobatum despectum esse in oculis alicuius. Psal.* 15.4.
עוֹרְרִי רָגַע וְיִמָּאֵס׃	*Pellem reprobari. Iob.* 7.5.

Radix est מאס.

נִמְבָזָה Nomen fœmininum genere, quod semel legitur in Biblijs. Vilis, minimi pretij, despecta. [*Vile, di poco prezzo.*] 1.Sam. 15.9. *Et quodcunque opus* נִמְבָזָה *despectũ, & languidũ deuastarũt.* Radix est בזה.

נמד Verbum Niphal passiuũ, ex duplicibus, quod habet has dictiones tantum in Biblijs.

Futurum. יִמַּד, יִמָּדוּ

Cætera cautè formabis, cum opus erunt iuxta canones grammaticales. Mensus, mensuratus fuit. [*Fù misurato.*] Ter inuenitur.

וְלֹא יִמַּד חוֹל הַיָּם׃	*Arenam maris non mensurari. Iere.* 33.21.
אֲשֶׁר לֹא יִמַּד וְלֹא יִסָּפֵר׃	*Arenam maris non mensurari, nec numerari. Hos.* 1.10.
אִם יִמָּדוּ שָׁמַיִם מִלְמָעְלָה׃	*Cælos mensurari supernè. Ier.* 31.36

Radix est מדד.

נוֹמָה Require superius in נ ante ו, suo loco proprio.

נמהר Verbum Niphal passiuũ, perfectum, quod habet has dictiones tantum in Biblijs.

Præteritum. נִמְהַרְתָּה

Part. præs. נִמְהָר, נִמְהָרִים

Nec aliud ex eo facilè formarem. Festinus fuit, & in malam partem potius sumitur. Participiumque dein transit in naturam nominis, pro stulto viro præcipitiq; in rebus agendis, qui inconsultè agit. [*Essere frettoloso, pazzarello.*] Vide סָכָל. Quatuor vicibus forsan tantum inuenitur.

הַגְּזִי הַמָּר וְהַנִּמְהָר׃	*Gens amara, & festina. Abac.* 1.6.

Festini

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt. Captus, apprehensus fuit, se illaqueauit. [*Fù preso, pigliato, pigliarsi, intricarsi.*] Cõstruitur absolutè, & cum præpositione ב. Loci aliquot obseruandi.

נִם אִישׁ עִם אִשָּׁה יִלְכְּדוּ׃	*Virum cum muliere capi. Ier.* 6.11.
נִלְכַּדְתָּ בְּאִמְרֵי פִיךָ׃	*Capi in dictis oris. Pro.* 6.2.
וַיִּלָּכְדוּ בִּגְאוֹנָם׃	*Capi in superbia. Psal.* 59.13,
וְנִלְכְּדוּ גִבּוֹרָיו׃	*Potentes capi. Ier.* 51.56.
יִבָּהֵת בִּגְדִים יִלָּכֵדוּ׃	*Rebelles capi(in)infortunio. Prou.* 11.6.
יִלָּכְדוּן בַּחֲבָלֵי עָנְיִי׃	*Capi (in) funibus afflictionis. Iob.* 36.8.
וְחוֹטֵא יִלָּכֵד בָּהּ׃	*Peccatorẽ capi i muliere. Eccl.* 7.28
וְהָיָה הַנִּלְכָּד בַּחֵרֶם כּוֹ׳׃	*Capi(sorte)in anathemate. Ios.* 7.15
חָחִי יִלָּכֵדוּ׃	*Frangi(animo)& capi. Ier.* 8.9.
יִקָּשְׁתִי לָךְ וָנֵם נִלְכַּדְתְּ׃	*Tendere laqueum alicui, & capi. Ierc.* 50.24.
וְתִלָּכֵד מִשְׁפַּחַת הַמַּטְרִי כּוֹ׳׃	*Familiã capi. (sorte.) 1.Sam.* 10.23.
וְנוֹקְשׁוּ וְנִלְכָּדוּ׃	*Illaqueari, & capi. Esa.* 8.14.
כִּי נִלְכְּדָה הָעִיר׃	*Vrbem capi. 1.Reg.* 16.20.
יִלָּכֵד בַּפָּח׃	*Capi(in)laqueo. Esa.* 24.19.
רַגְלוֹ זוּ טָמְנוּ נִלְכְּדָה רֶגֶל	*Pedem capi(in)rete. Psl.* 9.16.
וְיִלָּכֵד שֵׁבֶט יְהוּדָה׃	*Tribum capi. (sorte.) Ios.* 7.16.
נִלְכָּד בְּשִׁחִיתוֹתָם׃	*Capi (in) foueis alicuius. Thr.* 4.20

Radix est לכד.

נלן Require paulò superius, suo loco proprio.

נלעג Verbum Niphal passiuum, perfectum, quod semel legitur in Biblijs in præsenti participio in regimine, נִלְעָג nec aliud ex eo facilè formarem. Balbus, blesus fuit. [*Essere barboßo, che con difficoltà parla.*] Esa. 33.19. נִלְעַג *Balbutientem lingua, absque intelligentia.* Ideſt, ita vt non posit intelligi. Radix est לעג.

נלפת Verbum Niphal in se agens, perfectũ, quod bis tantum legitur in scriptura sacra in futuro hisce vocibus יִלָּפֵת, & de eius significatione dubitatur, vt in sua radice לפת dictum est, ibi vide. Se detorsit, conuertit, deflexit. [*Torcersi, piegarsi, voltarsi.*] Ruth. 3.9. *Media nocte ipse commotus est,* וַיִּלָּפֵת *& se deflexit, &c.* Iob. 6.18. יִלָּפְתוּ *Se deflectunt semitę (vel semitis) viæ illorum.* Expende locos, & omnes accuratius.

נלקח Verbum Niphal passiuũ vel à se, vel ab alio, perfectum, sic flectitur in Biblijs.

Præteritum. נִלְקַח, נִלְקָחָה

Part. præs. נִלְקָח

Futurum. אֶלָּקַח, תִּלָּקַח

Infinitiuus. הִלָּקַח, הִלָּקְחוֹ

Cætera ex te formabis iuxta canones grammaticales, cum opus erunt. Captus, acceptus, assumptus fuit, & se capiendum præbuit. [*Fù pigliato, & farsi pigliare, darsi nelle mani.*] Loci aliquot obseruandi.

וַאֲרוֹן אֱלֹהִים נִלְקָח׃	*Arcam Dei capi. 1.Sam.* 4.11.
וַאֲרוֹן אֱלֹהִים נִלְקָחָה׃	*Arcam Dei capi. 1.Sam.* 11.17.
וְתִלָּקַח אֶסְתֵּר בֵּית דַּמֶּלֶךְ׃	*Capi ad domum alicuius. Est.* 2.8.
כְּטֶרֶם אֶלָּקַח מֵעָלָיו׃	*Facere aliquid, antequàm capiare de cum aliquo. 2.Reg.* 2.9.
בְּיוֹם הִלָּקְחוֹ׃	*Dies, quo qd accipitur. 1.Sam.* 21.6.
הוּא בַעֲוֹנוֹ נִלְקָח׃	*Capi in iniquitate. Ezech.* 33.6.

Radix est לקח.

	in terra eius. Iud. 11.12.
וְנִלָּחֲמוּ בְּגוֹיִם הֵהֵם׃	*Præliari in(contra) gẽtes. Zac.* 14.3.
אֲשֶׁר יָחֵל לְהִלָּחֵם כּוֹ׳׃	*Incipere ad præliandum. Iud.* 10.16.
כִּי תְקָרֵב לְהִלָּחֵם בְּמְדִינָה׃	*Ire ad præliãdum in(contra)aliquẽ. Iud.* 8.1.
כִּי לְהִלָּחֵם בּוֹ הִתְחַפֵּשׂ׃	*Mutare se ad præliandnm in aliquẽ. 2.Par.* 35.22.
חֲדָלוּ גִבּוֹרִי כֶבֶל לְהִלָּחֵם׃	*Cessare ad præliandum. Ier.* 51.30.
וַיֵּחָנוּ עָלֶיהָ וְיִלָּחֲמוּ עָלֶיהָ׃	*Castrametari, & pugnare super (contra) vrbem. Ios.* 10.34.
יְלַחֲמוּנִי חִנָּם׃	*Pugnare aliquem gratis. Ps.* 109.3.
וְנִלְחַמְתִּי אֲנִי אֲרַכֵּם בְּיָד נְטוּיָה כּוֹ׳׃	*Præliari cum aliquo in manu extenta, &c. Ier.* 21.5.
יְהוָה יִלָּחֶם לָכֶם׃	*Dominum pugnare alicui. (pro eo.) Exo.* 14.14.
כְּיוֹם הִלָּחֲמוֹ בְּיוֹם קְרָב׃	*Dies præliandi in die belli. Zac.* 14.3
אִם יוּכַל לְהִלָּחֵם אִתִּי׃	*Posse pugnare cum aliquo. 1. Sam.* 17.9.
וְלֹא יָכֹל לְהִלָּחֵם עָלֶיהָ׃	*Non posse præliari super (contra) vrbem. Esa.* 7.1.
וְנִלָּחֲמוּ אֵלֶיךָ וְלֹא יֻכְלוּ לָךְ׃	*Præliari ad(cõtra) aliquem, nec posse. Iere.* 1.20.
לֹא יָסִפוּ עוֹד לְהִלָּחֵם׃	*Non addere ad præliandum. 2. Samuel.* 2.28.
כְּלֵי הַמִּלְחָמָה כּוֹ׳ אֲשֶׁר אָתָּם נִלְחָמִים בָּם׃	*Præliari in(cum) instrumentis belli. Ier.* 21.4.
וְיִלָּחֲמוּ עִם לָיִשׁ׃	*Præliari cũ Lesem(vrbe.) Ios* 19.47
אוּלָם נִלְחַם אַתָּה בְּמִישׁוֹר׃	*Pugnare cum aliquo in planitie. 1. Reg.* 20.23.
נִלְחֲמוּ אֶת מִלְחֲמוֹתָיו׃	*Pugnare bella alicuius. 1.Sam.* 8.20
וּמִלְחֶמֶת תְּנוּפָה נִלְחַם בָּהּ׃	*Pugnare in aliquem(in) prælijs commotionis. Esa.* 30.32.
וּבַלְשְׁתִּים נֶאֱסְפוּ לְהִלָּחֵם עִם יִשְׂרָאֵל׃	*Congregari ad præliandum cum aliquo. 1.Sam.* 13.5.
וְנוֹסָפָם ה׳ אַף עַל שִׁבְאֵינוּ וְנִלְחַם נָנוּ׃	*Addi super hostibus, & pugnare in (contra) aliquem. Exo.* 1.10.
וְיִסְבּוּ עָלָיו לְהִלָּחֵם׃	*Circundare(super) aliquem ad præliandum. 2.Par.* 18.31.
כִּי עִבַּרְתָּ לְהִלָּחֵם כּוֹ׳׃	*Transire ad præliandum in aliquem. Iud.* 11.31.
הַנִּלְחָמִים עַל הָעִיר׃	*Pugnare super(contra) vrbem. Iere,* 32.29.
וְהִלָּחֵם עִם יְהוֹשֻׁעַ כּוֹ׳ פֶּה אֶחָד׃	*Congregari ad præliandum cum(contra) aliquo, ore vno. Ios.* 9.2.
לֹא תִלָּחֵמוּ אֶת קָטֹן וְאֶת גָּדוֹל כּוֹ׳׃	*Non pugnare cum minimo, & cum magno, &c. 1.Reg.* 22.31.
מִן שָׁמַיִם נִלְחֲמוּ כּוֹ׳׃	*Pręliari de cælo, & stellas præliari cum aliquo. Iud.* 5.20.

Radix est לחם.

נלחץ Verbum Niphal in se agens, perfectũ, quod semel legitur in Biblijs in futuro תִּלָּחֵץ, cætera nihilominus formari poterũt iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt. Contritus, attritus est, se oppresit. [*Schiazzarsi, stricarsi, sfreghezarsi, Brigię.*] Nume. 22.25. *Asina verò vidit angelum Domini,* וַתִּלָּחֵץ *& se attriuit ad maceriem, &c.* Radix est לחץ.

נלכד Verbum Niphal passiuũ vel a se vel ab alio, perfectum, sic flectitur in Biblijs.

Præteritum. נִלְכַּד נִלְכְּדָה, נִלְכְּדָת, נִלְכְּדוּ

Part. præs. נִלְכָּד

Futurum. יִלָּכֵד, תִּלָּכֵד, חִלָּכְדִי, יִלְכְּדוּ או יִלָּכְדוּן

וְהִלָּחֲמוּ אִישׁ בְּאָחִיו כּוֹ׳׃	*Præliari super(pro) fratribus, &c. Neh.* 4.14.
וְנִלְחֲמוּ אִישׁ בְּאָחִיו כּוֹ׳׃	*Pugnare virum in fratrem suũ, &c. Esa.* 19.2.
כִּי בְאַתְּ אֲרַי לְהִלָּחֵם בַּאֲרָצִי כּוֹ׳׃	*Venire ad aliquem ad præliandum*
יְלוּדִים בְּמַעְגְּלוֹתָם׃	*Declinatores in semitis suis. Prouer.* 2.14.
כִּי תוֹעֲבַת יְ׳ נָלוֹז׃	*Defectorem esse abominationẽ Domini. Pro.* 3.32.

נלז Verbum Niphal actiuum, perfectum, suscipiens nonnunq̃ affixa, sic flectitur in Biblijs.

Præteritum. נִלְחַם נִלְחֲמָה נִלְחַמְתִּי, נִלְחַמְנוּ נִלְחַמְתֶּם נִלְחַמְתֶּן נִלְחֲמוּ

Part. præs. נִלְחָם נִלְחָמִים

Futurum. יִלָּחֵם תִּלָּחֵם

Imperat. נִלְחָם או נִלְחֲמָה הִלָּחֲמוּ או הִלָּחַמְנָה הִלָּחֲמוּ יִלָּחֲמוּנִי

Infinitiuus. הִלָּחֵם הִלָּחֲמוּ נִלְחֹם לְהִלָּחֵם הִלָּחֲמוּ בְּהִלָּחֲמוּ

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt. Bellauit, pugnauit, prælиatus, belligeratus est, prælium iniuit. [*Combattere, guerreggiare, far guerra.*] Notum est & frequẽs, cuius tamen etymon non satis certum est, vt in Cal diximus, ibi vide. Construitur cum accusatiuo disiuncto, & rarius affixo, & cũ præpositionibus ב ל אל את על עם, & aliquando cum eadem particula exponitur diuersimodè, quemadmodum suo loco annotabimus. Efficit Hebraismos innumeros, & varia dicendi schemata elegantiarum plena, vt in sequentibus.

וַיִּרְכְּבוּ עַל כֹּשֶׁה וְעַל אֲחִיתֹפֶל כּוֹ׳׃	*Filios Israel coire super (contra) Mosem, & Aharon. Num.* 14.2.
וַיִּלְכְּדוּ כָּל עֲדַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל כּוֹ׳׃	*Vniuersum cætũ coire super aliquẽ. Num.* 17.6.
וַיִּלְכְּדוּ כָּל הָעֵדָה עַל הַכֹּשְׁאִים כּוֹ׳׃	*Cætum coire super duces. Ios.* 9.18.
וַיִּלְכְּדוּ הָעָם עַל מֹשֶׁה כּוֹ׳׃	*Populum coire super (cõtra) aliquẽ. Exo.* 15.24.

Radix est לכד.

נלמד Nomen fœmininum genere, quod semel legitur in Biblijs. Discipula, erudita. [*Discepola, ammaestrata.*] Esa. 50.4. *Dedit mihi* לְמוּדוֹת *linguam discipulam.* Radix est למד.

נלמדי Nomen masculinum genere, patronymicum, à superiori Nelmade tribus Simeonis deriuatum. Nelmadites. [*Huomo della famiglia di Nelmade.*] Num. 26.12. *Nelmadi familia* הַנַּלְמָדִי *Nelmaditidis.* Compositum forsan est ex נום & אֵל.

נלעז Verbum Niphal passiuum, perfectum, quod semel legitur in Biblijs in præsenti participio in regimine, נִלְעַז nec aliud ex eo facilè formarem. Balbus, blesus fuit. [*Essere barboßo, che con difficoltà parla.*] Esa. 33.19. נִלְעַז *Balbutientem lingua, absque intelligentia.* Ideſt, ita vt non posit intelligi. Radix est לעז.

נלפת Verbum Niphal in se agens, perfectũ, quod bis tantum legitur in scriptura sacra in futuro hisce vocibus יִלָּפֵת, & de eius significatione dubitatur, vt in sua radice לפת dictum est, ibi vide. Se detorsit, conuertit, deflexit. [*Torcersi, piegarsi, voltarsi.*] Ruth. 3.9. *Media nocte ipse commotus est,* וַיִּלָּפֵת *& se deflexit, &c.* Iob. 6.18. יִלָּפְתוּ *Se deflectunt semitę (vel semitis) viæ illorum.* Expende locos, & omnes accuratius.

נלקח Verbum Niphal passiuũ vel à se, vel ab alio, perfectum, sic flectitur in Biblijs.

Præteritum. נִלְקַח, נִלְקָחָה

Part. præs. נִלְקָח

Futurum. אֶלָּקַח, תִּלָּקַח

Infinitiuus. הִלָּקַח, הִלָּקְחוֹ

Cætera ex te formabis iuxta canones grammaticales, cum opus erunt. Captus, acceptus, assumptus fuit, & se capiendum præbuit. [*Fù pigliato, & farsi pigliare, darsi nelle mani.*] Loci aliquot obseruandi.

וַאֲרוֹן אֱלֹהִים נִלְקַח׃	*Arcam Dei capi. 1.Sam.* 4.11.
וַאֲרוֹן אֱלֹהִים נִלְקָחָה׃	*Arcam Dei capi. 1.Sam.* 11.17.
וְתִלָּקַח אֶסְתֵּר בֵּית דַּמֶּלֶךְ׃	*Capi ad domum alicuius. Est.* 2.8.
כְּטֶרֶם אֶלָּקַח מֵעָלָיו׃	*Facere aliquid, antequàm capiare de cum aliquo. 2. Reg.* 2.9.
בְּיוֹם הִלָּקְחוֹ׃	*Dies, quo qd accipitur. 1.Sam.* 21.6.
הוּא בַעֲוֹנוֹ נִלְקָח׃	*Capi in iniquitate. Ezech.* 33.6.

Radix est לקח.

לב	אמרי לנמהרי לב :	*Festini corde. Isa. 35.4.*
לבב	ולבב נמהרים יבין כו' :	*Cor festinorum intelligere. Esa. 32.5*
עגם	ועצת נפהלים נמהרה :	*Consiliū peruersorum festinum reddi. Iob. 5.13.*

Radix est מהר .

נמוג Verbum Niphal passiuum in se, ex quiescentibus Ain vau, sic flectitur in Biblijs.

נמוג } Præteritum.
נמוגו }

Part. præs. נמוג נמוגים

Cætera cautè formabis ad horum regulas, cū opus erunt. Defluxit, resolutus est. [*Risoluersi, andar in niente.*] Vide in suo Cal. Octo vicibus forsan tm̄ inueniturs.

ארץ	נמוגים ארץ וכל ישביה :	*Terram, & habitatores dissolui. Psal. 75.4.*
היכל	והיכל נמוג :	*Templum dissolui. Nah. 2.7.*
סערה	ודינה דהמון נמוג :	*Turbam dissolui. 1. Sam. 14.17.*
יסד	נמוגו כל יושבי כנען :	*Habitatores Canaā dissolui. Ios. 15.15*
יסד	וכי נמוגו כל יושבי הארץ מפניכם :	*Habitatores terræ dissolui à facie aliquius. Ios 2.9. Vide etiā ver. 24.*
פלשת	נמוג פלשת כלך :	*Palæstina dissoluta. Participium masculinū: populū innuit. Esa. 14.32*
שמע	כי שמעה לעה שמעו ונמוגו :	*Dissolui, quòd audias nuntium malum. Ier. 49.23.*

Radix est מוג .

נמוט Verbum Niphal passiuū vel a se vel ab alio, ex quiescētibus Ain Vau, sic flectit ī Biblijs.

נמוטו Præteritum.

אמוט / תמוט / ימוטו } Futurum.

Cætera formare poteris iuxta regulas grammaticales cum opus erunt, vel suo Cal vti, quamuis hic nōnihil forsitan augeat significationem. Motus est, se cōmouit, nutauit, vacillauit. [*Fù mosso, mouersi, vacillare.*] Vide suam radicem מוט, & nota, quod sæpius in malum sumitur. Loci obseruandi.

לבב	אמר בלבו בל אמוט :	*Dicere in corde, non mouebor. Psal. 10.6.*
נחל	ימוטו עליהם גחלים :	*Carbones moueri super aliquē. Scriptum est ex Hiphil, mouere. Psal. 140.11.*
הגיל	צדיי יגילו כי אמוט :	*Hostes lætari, qā mouearis. Ps. 13.5*
הכין	להכין פסל לא ימוט :	*Aptare sculptile, ne moueatur. Esa. 40.20.*
חסד	ובחסדך עלימן בל ימוט :	*Fidere in pietate Dei, ne mouearis. Psal. 21.8.*
ימין	כי מימיני בל אמוט :	*Deum esse à dextra, ne mouearis. Psal. 16.8.*
מוסד	ימוטו כל מוסדי ארץ :	*Fundamenta terræ moueri. Ps. 82.5*
מסמר	ויחזקהו במסמרים לא ימוט :	*Firmare (in) clauis non moueri. Esa. 41.6.*
ינעלם	בל אמוט לעולם :	*Non moueri in æternum. Psal. 30.7*
פעם	בל נמוטו פעמי :	*Pedes vacillare. Psal. 17.5.*
נריק	צדיק לעולם בל ימוט :	*Iustum non moueri in æternum. Pro. 10.30.*
רכב	לא אמוט רבה :	*Non vacillare multum. Psal. 62.3.*
שרש	ושרש צדיקים בל ימוט :	*Radicem iustorum non moueri. Pro. 12.3.*
תכל	אף תכון תבל בל תמוט :	*Aptare orbem, ne vacillet. Ps. 93.1.*

נמול Require paulò inferius, suo loco proprio.

נמרה Verbum Niphal passiuum, ex quiescētibus Lamed He, sic flectitur in Biblijs.

נמרו Præteritum.

חטאת	ימחה או ימח וימח / תמחה או תמח / ימחו } Futurum.	

Cætera ex te formabis, cum opus erunt, iuxta regulas grammaticales. Deletus fuit. [*Fù scancellato, distrutto.*] Decem vicibus tantum inuenitur.

חטאת	ואל תמח חטאת אמי :	*Peccatum matris non deleri. Tsalm. 109.14.*
חטאת	ותחטאתם על פניך אל תמחה :	*Peccatum non deleri ab ante Deum. Neh. 4.5.*
חרפה	וחרפתו לא תמחה :	*Opprobrium alicuius non deleri. Pro. 6.33.*
יקום	וימח את כל היקום כו' :	*Substantiam deleri è terra, &c. Genes. 7.23.*
מעשה	ונכחו מעשיכם :	*Opera alicuius deleri. Ezech. 6.6.*
כפר	ימחו מספר חיים :	*Deleri de libro vitæ. Tsal. 69.29.*
שבט	ולא ימחה שבט מישראל :	*Tribum non deleri ex Israele. Iud. 21.17.*
שם	ולא ימחה שמו מישראל :	*Nomen alicuius non deleri ex Israele. Deut. 25.6.*
שם	בדור אחר ימח שמם :	*Nomē deleri in altera generatione. Psalm. 109.13.*

Radix est מחה .

נמטר Verbum Niphal passiuū, perfectum, quod semel legitur in Biblijs in futuro תמטר, cætera verò non facilè formarem, sed nomine & verbo Hiphil potius vterer. Pluuia refertus fuit. [*Fù bagnato dalla pioggia.*] Amos. 4.7. *Pars vna* תמטר *aspergetur pluuia, &c.* Radix est מטר .

נמך Verbum Niphal passiuū, ex duplicibus, quod semel legit in Biblijs in futuro ימך, nec aliud ex eo facilè formarem, sed vterer synonymis, quæ vide in sua radice מכך . Humilis factus est, depressus fuit. [*Fù abbassato, fatto basso, piano.*] Eccles. 10.18. *In pigritia* ימך *deprimetur contignatio.*

נמכר Verbum Niphal passiuū vel a se vel ab alio, perfectum, sic flectitur in Biblijs.

נמכר / נמכרו נמכרתם נמכרנו } Præteritum.

נמכרים Part. præs.

ימכר / תמכר / ימכרו } Futurum.

המכרו Infinitiuus.

Cætera ex te formabis, cum opus erunt, iuxta regulas grammaticales. Venditus fuit; & se vendidit. [*Fù venduto, vendersi.*]

אח	וכי ימוך אחיך עמך ונמכר לך :	*Fratrem depauperari, & vendi alicui. Leuit. 25.39.*
אח	כי תמכר לך אחיך כו' :	*Fratrē se vendere alicui. Deu. 15.12*
ארץ	והארץ לא תמכר לצמתת :	*Terram non vendi in dissipationem. Leuit. 25.23.*
גאל	אחרי נמכר גאולה תהיה לו :	*Redemptionem esse alicui, postquàm se vendidit. Leuit. 25.48.*
גוי	התמכרים לגוים כו' :	*Vendi gentibus. Neh. 5.8.*
גור	ונמכר לגר תושב כו' :	*Vendi proselyto, &c. Leuit. 25.47.*
גנבה	ונמכר בגנבתו :	*Vendi in (pro) furto suo. Exo. 22.3.*
חנם	חנם נמכרתם כו' :	*Vendi gratis; &c. Esa. 52.3.*
נגאל	לא ימכר ולא יגאל :	*Non vendi, nec redimi. Leui. 27.28*
עבד	ואולי לעבדים ולשפחות נמכרנו החרשתי :	*Vendi seruis & ancillis. (In seruos & ancillas.) Est. 7.4.*
עבד	לעבד נמכר יוסף :	*Vendi seruo. (in seruum.) Ps. 105.17*
עון	הן בעונותיכם נמכרתם :	*Vēdi ī (pro) iniquitatibus. Esa. 50.1*
עם	כי נמכרנו אני ועמי כו' :	*Populum vendi ad delendum, &c. Est. 7.4.*

ערך	ונמכר בערכך :	*Vendi in æstimatione. Leuit. 27.27.*
סגר	ושדה מגלש לא ימכר :	*Agrum non vendi. Leuit. 25.34.*
שנה	משנת המכרו לו כו' :	*Annus vendi alicuius (quo quis se vendidit.) Leuit. 25.50.*

Radix est מכר .

נמל Verbum Cal actiuū, ex deficientibus Pe Nun, quod semel legitur in Biblijs in præterito, נמלם, cætera a radice מול desumes. Præcidit, circuncidit, amputauit. [*Tagliare, circoncidere.*] Gene. 17.11. ונמלתם *Et circuncidetis carnem præputij vestri.* Hoc verbū aliquibus est etiam neutrum, & ei tribuūt alias dictiones in futuro, quas nos potius in sequens Niphal reiecimus, ibi vide.

Deriuatiua huius sunt נמול נמלה .

נמול Verbum Niphal passiuū vel a se vel ab alio, compositum ex deficientibus Pe Nun, & quiescentibus Ain Vau, sic flectitur in Biblijs.

נמול / נמולו } Præteritum.

נמולים Part. præs.

ימול או ישל / ימלו או ישלו } Futurum.

המלו Imperat.

המול כהמול להמול כהמולו Infinitiuus.

Cætera cautè formāda sunt ad horum regulas, nam dubitatur, ex qua radice sit hoc verbum, an ſcilicet, vel מול, vt nonnulli asserunt, vel נמל, vt mihi magis arridet, vel certè compositum ex hac & מול, nam de מלל aliud sentio, quemadmodum suo loco dictum est. Præcisus fuit. [*Fù tagliato.*] Quater inuenitur in hac significatione propria in secunda forma futuri ימל, ad differentiam alterius significationis: quæ dictiones alijs ex Cal neutrali sunt, quod non placet. Aliàs semper dicitur de præcisione præputij, cuius actus notus est. Circuncisus est, seipsum circuncidit. [*Fù circonciso, si circonciſe.*] Loci notandi.

את	ונמול אתו :	*Circuncidi cum aliquo. Gen. 17.26.*
בשר	ועבל ערל זכר אשר לא ימול את בשר ערלתו :	*Præputiatum masculum non circuncidi (cū) carne p̄putij. Gen. 17.14*
בשר	בהמלו בשר ערלתו :	*Aliquem circuncidi carne præputij. Genes. 17.24.*
בשר	וביום השמיני ימול בשר ערלתו :	*Carnem præputij alicuius circuncidi die octauo (natalis.) Leuit. 12.3.*
זכר	המול לכם כל זכר :	*Omnem masculum circuncidi alicui. Gene. 17.10.*
חצר	כי כחציר מהרה ימלו :	*Succidi citò tamq̄ gramen. Ps. 37.2.*
יהוה	המלו ליי' כו' :	*Circuncidi Domino. Ier. 4.4.*
ילד	המול ימול יליד ביתך כו' :	*Natū domus alicuius circūcidi, &c. Gene. 17.13.*
ציץ	כציץ יצא וימל :	*Florē egredi, & succidi. Iob. 13.30.*
קנמל	ומפעל ימל קציעיו :	*Ramum succidi supernè. Iob. 18.16.*
ראש	כראש שבלת ימלו :	*Succidi tanquàm caput spicæ. Iob. 24.24.*
תמם	באשר תמו כל הגוי המול :	*Perficere, omnem gētem circuncidi. Ios. 5.8.*

נמלא Verbū Niphal passiuū vel a se vel ab alio, ex quiescentibus Lamed Aleph, sic flectitur in Biblijs.

נמלא Part. præs.

אמלאה / חמלאי / ימלא / תמלא / ימלאו או ימלאון } Futurum.

Cætera, si opus erūt, formare poteris iuxta canones grammaticæ. Plenus, repletus fuit; se repleuit; & dicitur de quacunque impletione, vt in Cal, ibi vide. [*Fù ripieno, riempirsi.*] Efficit Hebraismos aliquot elegantiarum plenos, vt in sequentibus.

אזן	לא תמלא אזן משמע :	*Aurem non repleri ab audiendo. Eccles. 1.8.*
חסרון	וימלאו אסמיך שבע :	*Horrea impleri saturitate. Pro. 3.10*
חציק	ואפיקים ימלאון ממך :	*Fluuios repleri ex aliquo. Eze. 32.6*
ארץ	ותמלא הארץ חמס :	*Terram repleri iniuria. Gen. 6.11.*
ארץ	ותמלא הארץ אתם :	*Terram repleri aliquibus. Exo. 1.7.*
ארץ	ותמלא הארץ את המים :	*Terram repleri aqua. 2. Reg. 3.20.*
ארץ	וימלא כבודו את כל הארץ :	*Terrā repleri gloria Dei. Ps. 72.19.*
ארץ	ותמלא ארצו כסף וזהב כו' :	*Terram repleri argento, & auro, & equis. Esa. 2.7.*
ארץ	ותמלא ארצו אלילים :	*Terram repleri idolis. Esa. 2.8.*
ארץ	ותמלא הארץ דמים :	*Terrā repleri sanguinib'. Ezec. 9.9.*
בית	וימלא בית הבעל פה לפה :	*Domum repleri ore ad os. 2. Reg. 10.21.*
בית	והבית ימלא עשן :	*Domum repleri fumo. Esa. 6.4.*
בלהל	ימלא ברזל ועץ חנית :	*Repleri ferro & lācea. (munire se.) 2. Sam. 23.7.*
חדר	וביד עת חדרים ימלאו כו' :	*Cubicula repleri in scientia, &cæt. Prouer. 24.4.*
חכמה	וימלא את החכמה כו' :	*Repleri sapientia, &c. 1. Reg. 7.14.*
חמה	וימלא המן חמה :	*Repleri furore. Est. 3.5.*
חרבה	אמלאה החרבה :	*Repleri desolata. (bonis deuastatæ.) Ezechiel. 26.2.*
יום	וימלא שבעת ימים כו' :	*Septem dierum repleri. (Finem accipere.) Nota modum loquendi. Exo. 7.27.*
יום	בלא יומו תמלא :	*Repleri in non die suo. (Est absumi ante diem fatalem.) Iob. 15.32.*
כבד	ותמלאי ותכבדי מאד כו' :	*Repleri, & aggrauari valdè, &cæt. Ezech. 27.35.*
ככל	כל נבל ימלא יין :	*Lagūculam repleri vino. Ier. 13.12*
כתל	ודחכל החויא ימלא מים :	*Torrētem repleri aqua. 2. Reg. 3.17*
נפש	וגם הנפש לא תמלא :	*Animam non repleri. Eccles. 6.7.*
עב	אם ימלאו העבים כו' :	*Nubes repleri, &c. Eccles. 11.3.*
פה	ימלא פי תהלתך :	*Os repleri laude alicuius. Ps. 71.8.*
פה	אז ימלא שחוק פינו :	*Os repleri risu. Psal. 126.2.*
פה	ויאחר ימלא פיהו חצץ :	*Os repleri lapillis. Pro. 20.17.*
רחם	שראשי נמלא טל :	*Caput plenum rore. Cant. 5.3.*
רחב	ורחבות העיר ימלאו ילדים וילדות :	*Plateas repleri infantibus. Zac. 8.5.*
שכרון	שכרון ויגון תמלאי :	*Repleri ebrietate, & dolore. Ezech. 23.33.*

Radix est מלא .

נמלה Nomen heteroclitum fœmininum genere, cū plurali masculino declinatione נמלים. Formica, sic ornatè dicta, quòd semina arrosa tondeat, ne rursus in fruges exeant è terra. [*Formica.*] Pro. 6.6. *Vade ad* נמלה *formicam piger, &c.* Et 30.25. חגמלים *Formicæ, populus inualidus, &cæt.* Alibi non inuenitur. Radix est נמל .

נמלט Verbum Niphal passiuum, perfectū, quod semel legitur in Biblijs in præterito נמלטו, nec aliud ex eo facilè formarem, sed potius vterer synonimis, quæ vide in שחת. Corruptus, deuastatus fuit. in solitudinem redactus est: sic eleganter dictum per translationē a terra מלחה salsuginosa ducta metaphora, quam ferè corruptam asserere possumus. [*Essere distrutto, diuenire come terra sterilissima.*] Esa. 51.6. *Quoniam cœli sicut fumus* נמלחו *corrupti sunt (corrumpentur.)* Radix est מלח .

נמלט Verbum Niphal in se agens, perfectum, sic flectitur in Biblijs.

נמלץ Verbum Niphal paſsiuum in ſe,perfectum, quod ſemel inuenitur in Biblijs in præterito נִמְלְצוּ, nec aliud ex eo facilè formarem, ſed vterer ſynonimis,quæ vide in מתק. Dulcuit, dulcis fuit. [*Eſſere dolce.*] Pſal.110.103. *Quàm* נִמְלְצוּ *dulcia fuerunt palato meo eloquia tua,&c.* Radix eſt מלץ.

נמנה Verbum Niphal paſsiuum,ex quieſcentibus Lamed He,ſic flectitur in Biblijs.

Præteritum. נִמְנָה
Futurum. יִמָּנֶה יִמָּנוּ
Infinitiuus. לְהִמָּנוֹת

Cætera ex te formabis,cum opus erunt, vel ſynonimis vteris,quæ vide in ספר. Numeratus, annumeratus eſt. [*Fù nouerato.*] Quinque vicibus tantum inuenitur.

זרע גַּם זֹרְעֹה יִמָּנֶה :	*Semẽ alicuius numerari. Gen.13.16*
וכל וְחַסְרוֹן לֹא יוּכַל לְהִמָּנוֹת :	*Defectum non poſſe numerari. Eccleſ.1.15.*
פעצ וְאֵת פֹּשְׁעִים נִמְנָה :	*Numerari cum præuaricatoribus. Eſa.53.12.*
רכ אֲשֶׁר לֹא יִמָּנֶה וְלֹא יִסָּפֵר מֵרֹב :	*Non numerari, nec ſupputari præ multitudine.1.Reg.3.8.*
רכ אֲשֶׁר לֹא יִסָּפֵר וְלֹא יִמָּנוּ מֵרֹב :	*Non ſupputari, nec numerari præ multitudine.2.Par.5.5.*

Radix eſt מנה.

נמנע Verbum Niphal paſsiuũ vel a ſe vel ab alio, perfectum, ſic flectitur in Biblijs.

Præteritum. נִמְנַע
Futurum. חִמָּנַע יִמָּנַע יִבָּנַע

Cætera, ſi opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grãmaticales.Prohibitus,vetitus fuit, & ſe prohibuit. [*Fù prohibito,vietato, prohibir ſe ſteſſo,vietarſi.*] Quater inuenitur.

חור וַיִּמְנַע מֵרְשָׁעִים אוֹרָם :	*Lucem prohiberi(ab) iniuſtis. Iob.38.15.*
כית כִּי נִמְנַע מִבֵּית אֱלֹהֵיכֶם מִנְחָה וָנֶסֶךְ :	*Oblationem, & libamen prohiberi a domo Dei.Ioel.1.13.*
מלך אַל נָא תִּמָּנַע מֵהֲלֹךְ אֵלָי :	*Non prohibere ſe ab cũdo ad aliquẽ. Num.22.16.*
ונטים וַיִּמָּנְעוּ רְכָבִים :	*Pluuias prohiberi.Iere.3.3.*

Radix eſt מנע.

נמס Verbum Niphal paſsiuum vel à ſe vel ab alio, ex duplicibus, ſic flectitur in Biblijs.

Præteritum. נִמַּס נִמְסוּ
Part. præſ. נָמֵס
Futurum. יִמַּס יִמָּסוּ
Infinitiuus. הִמַּס הִמָּסוּ

Cætera cautè formãda ſunt ad horum regulas, cum opus erunt. Liquefactus, diſſolutus eſt, ſe liquefecit. [*Fù disfatto,liquefatto,intenerito, liquefarſi, disfarſi, intenerirſi.*] Loci obſeruandi.

תמריס וַיִּמַּסוּ אֲסוּרֵי מַעַל יָדָיו :	*Vincula diſſolui deſuper omnibus. Iud.15.14.*
דונג כְּהֵמַּס דוֹנַג מִפְּנֵי אֵשׁ :	*Ceram liquefieri à facie ignis. Pſal.68.3.* (3.
סר וְנִמְסוּ הָרִים מִדָּמָם :	*Mõtes liquefieri a ſanguine. Eſa.34.*
סר הָרִים כָּדוֹנַג נָמָסוּ :	*Montes liquefieri vt cerã. Pſ.97.5.*
לב אֲשֶׁר לִבִּי כְּלֵב הָאֲרְיֵה הָמֵס יָמֵס :	*Aliquem liquefieri, & ſi cor eius ſit vt cor leonis.2.Sam.17.10.*
לב וְנָמֵס כָּל לֵב :	*Omne cor liquefieri. Ezec.21.12.*
לבב וְלֹא יָמֵס אֶת לְבַב אֶחָיו כִּלְבָבוֹ :	*Cor alicuius non liquefieri vt cor alterius.Deut.20.8.*

לבב	*Audire,& cor liquefieri.Ioſ.2.11.* נִמַּס לְבָבֵנוּ :
לבב	*Cor populi liquefieri, & eſſe aquã. Ioſ.7.5.* יִמַּס לֵבָב הָעָם וַיִּהְיוּ לְמָיִם:
מלאכת	*Opus deſpectum & liquefactum. 1. Sam.15.9.* וְכָל הַמְּלָאכָה נְמִבְזָה וְנָמֵס כו' :
סעפ	*Solem incaleſcere,& (mannam) diſſolui.Exo.16.21.* וְחַם הַשֶּׁמֶשׁ וְנָמָס :
שן	*Frendere dentibus, & liquefieri. Pſal.112.10.* שִׁנָּיו יַחֲרֹק וְנָמָס :
תוך	*Cor eſſe tanquam ceram diſſolutam in medio viſcerum.Pſal.22.15.* הָיָה לִבִּי כַּדוֹנָג נָמֵס בְּתוֹךְ מֵעָי :

Quidam huc referunt illud Pſalmi 58. 8. יִמָּאֲסוּ *Reprobentur vt aquæ*: quòd dicant poſitum eſſe pro יִמָּסוּ liquefiant,quod non placet. Radix eſt מסס.

נמסר Verbum Niphal in ſe agens,perfectum, qđ ſemel legitur in Biblijs in futuro יִמָּסֵרוּ, nec ideo fuerit abſurdum, & reliqua formare iuxta regulas grammaticales,cum opus erunt.Traditus eſt, ſe tradidit,dedidit.[*Iſponerſi,darſi in tutto, & per tutto.*] Num. 31.5. יִמָּסְרוּ *Et traditi ſunt ex millibus Iſrael mille de qualibet tribu.* Radix eſt מסר, ibi vide,& nota.

נמצא Verbum Niphal paſsiuum vel a ſe, vel ab alio,ex quieſcentibus Lamed Aleph, ſic flectitur in Biblijs.

Præteritum. נִמְצָא נִמְצְאָתִי נִמְצְאוּ
Part. præſ. נִמְצָא נִמְצָאִים או נִמְצְאִים נִמְצָאָה נִמְצָאוֹת
Futurum. יִמָּצֵא יִמָּצְאוּ תִּמָּצֵאנָה
Infinitiuus. הִמָּצֵא בְּהִמָּצְאוֹ

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales,cum opus erunt נמצא, eſt etiam futurum ſui Cal, ibi vide.Inuentus,repertus fuit. [*Fù ritrouato.*] Efficit nonnullos Hebraiſmos elegantiarum plenos,& præſertim cum vſurpatur pro ſufficere, quaſi ſatis ſit,inuenire,quod velis: quos ex ſequentibus obſeruabis.

לחם	*Inuentos alicuius(cum eo) vinciri. Eſa.22.3.* כֹּל נִמְצָאֶיךָ אֲסֹרוּ יָחָדוּ :
לחכר	*Aurum inueniri in theſauris tẽpli. 2.Reg.12.19.* וְאֶת כָּל הַזָּהָב הִמָּצֵא בְּאֹצְרוֹת בֵּית יי :
ארץ	*Sapientiam non inueniri in terra vicentium.Iob.28.13.* (23. וְלֹא תִמָּצֵא בְּאֶרֶץ הַחַיִּים :
את	*Aliquid inueniri cũ aliquo.Exo.35.* וְכָל אִישׁ אֲשֶׁר נִמְצָא אִתּוֹ וגו' :
לחתן	*Aſinas reperiri. 1.Sam.10.2.* נִמְצְאוּ הָאֲתֹנוֹת וגו' :
בקש	*Quærere Deum, & inueniri alicui. 2.Par.15.4.* וַיְבַקְּשׁוּהוּ וַיִּמָּצֵא לָהֶם :
בקש	*Inueniri(ab) eis, qui non quærebãt. Eſa.65.1.* נִמְצֵאתִי לְלֹא בִקְשׁוּנִי :
בקש	*Quæri,nec inueniri.Ezec.26.21.* וְתִבָּקְשִׁי וְלֹא תִמָּצְאִי :
כתולים	*Virginitatem non inueniri puellæ. Deut.22.20.* לֹא נִמְצְאוּ בְתוּלִים לַנַּעֲרָ :
נטוע	*Scyphum inueniri in ſacco alicuius. Gene.44.12.* וַיִּמָּצֵא הַגָּבִיעַ בְּאַמְתַּחַת בִּנְיָמִן :
נגב	*Furẽ inueniri in foſſione. Exo.22.2.* אִם בַּמַּחְתֶּרֶת יִמָּצֵא הַגַּנָּב :
נגב	*Inueniri inter fures.Ier.48.27.Hebrei ex Maßara legunt* נמצא. אִם בֵּין גַּנָּבִים נִמְצָאתָ .
רגל	*Verbum bonum inueniri in aliquo. 1.Reg.14.13.* יַעַן נִמְצָא בּוֹ דָּבָר טוֹב :
רגל	*Verba Dei inueniri,& deuorari. Ierc.15.16.* נִמְצְאוּ דְבָרֶיךָ וָאֹכְלֵם :
דס	*Sanguinem reperiri in alis(oris) alicuius.Ierc.2.33.* גַּם בְּכַנְפַיִךְ נִמְצְאוּ דַם וגו' :
דרך	*Senectutem inueniri in via iuſtitiæ. Pro.16.31.* כִּי תִמָּצֵא צְדָקָה תְּמָצֵא :
דרש	*Quærere Dominum, dum inuenitur, (vel eare, qua inueniri poteſt.) Eſa.55.6.* דִּרְשׁוּ יי בְּהִמָּצְאוֹ :
הר	*Montem non inueniri (propriè, vel ſufficere) alicui.Ioſ.17.16.* לֹא יִמָּצֵא לָנוּ הָהָר :
חטא	*Peccatum alicuius requiri, nec inueniri.Ierc.50.20.* יְאֻרַת חַטַּאת יְהוּדָה וְלֹא תִמָּצֵאנָה :
חכמה	*Sapientiam inueniri in labijs prudentis.Pro.10.13.* בִּשְׂפָתֵי נָבוֹן תִּמָּצֵא חָכְמָה :
חלל	*Interfectum inueniri in terra, &c. Deut.21.1.* כִּי יִמָּצֵא חָלָל בָּאֲדָמָה וגו' :
חרב	*Gladium aut lanceam non inueniri in manu populi.1.Sam.13.22.* וְחֶרֶב לֹא נִמְצְאָה בְּיַד כָּל הָעָם :
חרש	*Artificem non inueniri in terra. 1. Sam.13.19.* וְחָרָשׁ לֹא יִמָּצֵא בְּכָל אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל :
חרש	*Teſtam non inueniri,&c.Eſa.30.14* וְלֹא יִמָּצֵא בְמַכְתְּתָהּ חֶרֶשׁ גו'
יד	*Aliquid inueniri in manu alicuius. 1.Sam.9.8.* וְהִנֵּה נִמְצָא בְּיָדִי וגו :
כתב	*Aliquem inueniri ſcriptum in libro. Dan.12.1.* כָּל הַנִּמְצָא כָתוּב בַּסֵּפֶר :
לט	*(Magicas artes) non inueniri inter aliquos.Deut.18.10.* לֹא יִמָּצֵא בְךָ מְעַבִּיר וגו' :
לח	*Aliquid non inueniri(ſufficere) alicui.Zach.10.10.* וְלֹא יִמָּצֵא לָהֶם :
לשון	*Linguam fraudis non inueniri in ore alicuius.Soph.3.13.* וְלֹא יִמָּצֵא בְּפִיהֶם לְשׁוֹן רְמִיָּה :
נמצא	*Deum inueniri alicui.Ier.29.14.* וְנִמְצֵאתִי לָכֶם וגו' :
נשים	*Mulieres pulchras nõ inueniri,&c. Iere.42.16.* וְלֹא נִמְצְאוּ נָשִׁים יָפוֹת וגו' :
נתפש	*Inueniri,& capi.Ier.50.24.* נִמְצֵאת וְגַם נִתְפַּשְׂתְּי :
עגל	*Iniquitatem non inueniri in labijs alicuius.Mal.2.6.* וְעַוְלָה לֹא נִמְצָא בִשְׂפָתָיו :
עולתם	*Iniquitatem reperiri in aliquo.Exechi.l.28.15.* וְלֹא נִמְצָא עַוְלָתָה בָּךְ :
עזרים	*Deum inueniri auxilium valde in angustijs.Tſal.46.2.* עֶזְרָה בְצָרוֹת נִמְצָא מְאֹד :
עיר	*Inueniri in ciuitate.Iere.52.25.* אֲשֶׁר נִמְצְאוּ בָעִיר :
עיר	*Inueniri i medio ciuitatis.Ier.52.25* הַנִּמְצָאִים בְּתוֹךְ הָעִיר :
עם	*Iniuſtos inueniri i populo. Ier.5.27* כִּי נִמְצְאוּ בְעַמִּי רְשָׁעִים :
פרי	*Fructũ reperiri ab aliquo.Hoſ.14.9.* מִמֶּנִּי פִרְיְךָ נִמְצָא :
פשע	*Tranſgreſſionem reperiri in aliquo. Mich.1.13.* (11.9 כִּי בָךְ נִמְצְאוּ פִּשְׁעֵי יִשְׂרָאֵל :
קשר	*Coniurationẽ inueniri in aliquo.Ier.* נִמְצָא אֲשֶׁר בְּאִישׁ יְהוּדָה :
רוע	*Malum non inueniri in aliquo à diebus illius.1.Sam.25.28.* רָעָה לֹא תִמָּצֵא בְךָ מִיָּמֶיךָ :
רוע	*Malũ inueniri in aliquo.1.Reg.1.50* וְאִם רָעָה תִּמָּצֵא בִּי וָמֵת :
שחרית	*Reſiduum repertum.2.Reg.19.4.* בְּעַד הַשְּׁאֵרִית הַנִּמְצֵאָה :
שרש	*Inueniri in agro.Exo.9.19.* אֲשֶׁר יִמָּצֵא בַשָּׂדֶה וגו' :
שרש	*Radicem verbi reperiri in aliquem. Iob.19.28.* וְשֹׁרֶשׁ דָּבָר נִמְצָא בִי :
שמחה	*Gaudium, & lætitiam inueniri in aliquo.Eſa.51.3.* שָׂשׂוֹן וְשִׂמְחָה יִמָּצֵא בָהּ :
תירוש	*Muſtum inueniri in botro. Eſa.65.9* כַּאֲשֶׁר יִמָּצֵא הַתִּירוֹשׁ וגו' :

Radix eſt מצא.

נמצה Verbum Niphal paſsiuum, ex quieſcẽtibus Lamed He, quod habet has dictiones tantum in Biblijs.

Præteritum. נִמְצָה
Futurum. יִמָּצֶה יִמָּצוּ

Præteritum. נִמְלַט נִמְלְטָה נִמְלְטוּ נִמְלַטְתִּי נִמְלַטְנוּ
Part. præſ. נִמְלָט נִמְלָטָה
Futurum. אִמָּלֵט או אִמָּלְטָה תִּמָּלֵט יִמָּלֵט תִּמָּלֵט נִמָּלֵט
Imperat. הִמָּלֵט הִמָּלְטִי
Infinitiuus. הִמָּלֵט לְהִמָּלֵט

Cætera ex te formabis iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt.Ereptus,ſeruatus eſt, euaſit. [*Saluarſi,ricouerarſi in luogo ſicuro,ſcampare,fuggir il pericolo, ritirarſi al ſicuro,fuori di pericolo.*] Conſtruitur abſolutè, & cum præpoſitionibus מ אֶל על. Loci obſeruandi.

תוס וְלֹא נִמְלַט אִישׁ :	*Virum non euadere. Iud.4.18.*
מרן כִּי הִמָּלֵט אִמָּלֵט אָל אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים :	*Euadere ad terram aliquorum. 1. Sam.27.1.*
כר וְאִמְלְטָה רק אֲנִי לְבַדִּי כו' :	*Aliquem ſolũ euadere,&c.Iob.1.15*
כית לְהִמָּלֵט בֵּית הַמֶּלֶךְ כו' :	*Euadere domi regis,&c. Eſt.4.13.*
גבור וְאַל יִמָּלֵט הַגִּבּוֹר :	*Fortem non euadere. Ier.46.6.*
סל הַהָרָה הִמָּלֵט :	*Euadere in montem.Gen.19.17.*
זעק אֵלַיִךְ זָעְקוּ וְנִמְלָטוּ :	*Clamare ad Deum,& euadere.Pſal. 22.6.*
זרע וְזֶרַע צַדִּיקִים נִמְלָט :	*Semen iuſtorum euadere.Pro.11.21*
מוג עַל כֵּן נִמְלַט חֵיל מֶלֶךְ אָרָם מִיָּדֵךְ :	*Exercitum euadere de manu alicuius.2.Par.16.7.*
חרב הַנִּמְלָט מֵחֶרֶב תֹּאבֵל כו' :	*Euadere de gladio alicuius. 1. Reg. 19.18.*
יד תִּמָּלְטִי מִיָּדוֹ :	*Euadere de manu alicuius. 1. Sam. 27.2.*
יכל לֹא אוּכַל לְהִמָּלֵט הָהָרָה :	*Nõ poſſe euadere i mõtẽ. Gen.19.19.*
ילך וַיֵּלֶךְ וַיִּבְרַח וַיִּמָּלֵט :	*Ire,& fugere,& euadere. 1. Sam. 19.12.* (22.
מהר מְהֵר הִמָּלֵט שָׁמָּה :	*Feſtinare,euadere alicubi. Gen.19.*
מחנה מַחֲנֵה יִשְׂרָאֵל נִמְלָטְתִּי :	*Euadere de caſtris. 2.Sam.1.3.*
מלקוח וּמַלְקוֹחַ עֶדְיָן יִמָּלֵט :	*Prædam euadere.Eſa.49.25.*
מערה וַיִּמָּלֵט אֶל מְעָרַת עֲדֻלָּם :	*Euadere ad ſpeluncam. 1.Sam.22.1*
נוס וְדָוִד נָס וַיִּמָּלֵט בַּלַּיְלָה הַהוּא	*Fugere,& euadere in nocte. 1.Sam. 19.10.*
נפש הִמָּלֵט עַל נַפְשֶׁךָ :	*Euadere ſuper anima ſua. (Vel per animã ſuẽ: iurantis.) Gen.19.17*
עיר כָּל עִיר וְעִיר לֹא תִמָּלֵט :	*Ciuitatem non euadere. Ier.48.8.*
עם וּבְעֵת הַהִיא יִמָּלֵט עַמֶּךָ כו' :	*Populum euadere.Dan.12.1.*
פח נַפְשֵׁנוּ כְּצִפּוֹר נִמְלְטָה מִפַּח כו' :	*Auiculam euadere è laqueo, &cæt. Pſal.124.7.*
פליט וְלֹא יִמָּלֵט לָהֶם פָּלִיט :	*Euaſorẽ nõ euadere alicui. Amos 9.1*
קעילה כִּי נִמְלַט דָּוִד מִקְּעִילָה :	*Euadere a Ceile. (vrbe.) 1.Samuel. 23.13.*
ראה אִמְלְטָה נָּא וְאֶרְאֶה אֶת אַחָי :	*Euadere,& videre fratres.Nota locum, nam hic non dicitur de euaſione periculi.1.Sam:20.30.*
שאל שַׁאֲלִי נָס וְנִמְלָטָה :	*Interrogare fugientem,et euadentẽ. Iere.48.19.*
שבי וְאִם שְׁבִי צַדִּיק יִמָּלֵט :	*Prædam euadere.Eſa.49.24.*

Radix eſt מלט.

נמלך Verbum Niphal in ſe agens,perfectũ, quod ſemel legitur in Biblijs in futuro יִמָּלֵךְ, nec aliud ex eo facilè formarem.Regem ſe fecit, cõſtituit. [*Farſi Rè, Signore.*] Neh.5.7. יִמָּלֵךְ *Et regem ſe conſtituit cor meum ſupra me.* Hebraiſmus pulcherrimus, hoc eſt, impulſus ſum ab eo,vt contenderem. Alij pro conſultare interpretantur à מֶלֶךְ Chaldaico, quod an verũ ſit aliorum eſto iudicium.Expende locum.Radix eſt מלך.

נ ס

נס Lege radices נוס נסה נסס, & obserua dictiones, quæ remanent in scriptura cum his duabus tantum radicalibus.

נֵס Nomen masculinum genere, sine plurali, quod tamen formare poteris, cum opus erit, & cũ affixo נִסִּי. Signum, vexillum, sic dictum forsitan, quod attollatur. [*Bandiera, stendardo.*] Synonimum est דֶּגֶל. Loci notandi.

נכעס	וְכֶבֶשׂ עַל הַגִּבְעָה : *Restare sicut signum super colle. Esa.* 30. 17.
הוס	וַיִּהְיוּ לְנֵס : *Esse signo. (in signum.) Num.* 26.10
סיס	לִהְיוֹת לְךָ לְנֵס : *Esse (pro vexillo.) Vela innuit, quæ sunt vt nauis signũ.) Ezec.* 27.7.
קריס	וְאֶל עַמִּים אָרִים נִסִּי : *Eleuare signum ad populos. Esaiæ* 49. 22.
הריס	הָרִימִי נֵס עַל הָעַמִּים : *Eleuare signum super populos. Esa.* 62.10.
הציס	וְשִׂים אֹתוֹ עַל נֵס : *Ponere aliquid sup signo. Num.* 21.9
חתת	וְחִתּוּ מִנֵּס שְׁרִיו : *Frangi à vexillo. Esa.* 31. 9.
יוד	וַיִּקְרָא שְׁמוֹ יְהוָה נִסִּי : *Dominus signum meum. Nomen altaris. Exo.* 17.15. *Vide* יהוה.
כשא	וְנָשָׂא נֵס לְגוֹי מֵרָחוֹק : *Leuare signũ alicui alõge. Esa.* 5.26.
כשא	עַל הַר נִשָּׂפָה שָׂאוּ נֵס : *Leuare signum super monte excelso. Esa.* 13. 2.
כשא	כִּנְשֹׂא נֵס הָרִים רְאוּ : *Videre cum attollitur signum montium. Esa.* 18 3.
כשא	אֶל חוֹמַת בָּבֶל שְׂאוּ נֵס : *Eleuare signum ad murũ. Ier.* 51.12
כשא	שְׂאוּ נֵס בָּאָרֶץ : *Eleuare signum in terra. Ier.* 51.27.
כתן	נְתַתָּה לִירֵאֶיךָ נֵס לְהִתְנוֹסֵס : *Dare alicui signum. Psal.* 60.6.
עמד	עִמְדוּ לָנֵס עַמִּים : *Stare signo (in signum) populorum. Esa.* 11. 10.
פרש	בַּל פָּרְשׂוּ נֵס : *Non extendere signum. Esa.* 33.23.
דאה	עַד מָתַי אֶרְאֶה נֵס : *Videre vexillum. Ieve.* 4.21.

Radix aliquibus est נסס, mihi propria, & hinc deriuatur הִתְנוֹסֵס, de quo suo loco diximus.

נסס Duplicatum quære inferius, suo loco proprio.

נסב Verbum Niphal pasiuum vel a se vel ab alio, ex duplicibus, sic flectitur in Biblijs.

נָסַב, נָסְבָה, נָסְבוּ } Præteritum.

תִּסֹּב יִסּוֹב, תִּסֹּב, יִסֹּבוּ } Futurum.

Cætera, si opus erunt, cautè ad horum regulas formanda sunt. Circumcirca stetit, in girum se posuit, cinxit; & circumcirca positus est. [*Metterſi attorno ad alcuna coſa, circondare, fù poſto attorno.*] Construitur cum articulo אֶת & cum præpositionibus לְ מֵאֵל עַל. Loci aliquot obseruandi.

לאחר	הֵיֵדֵן יִסֹּב לְאָחוֹר : *Girare retrorsum. Psal.* 114.3.
אעל	וַיִּסֹּב מֵאֶצְלוֹ אֶל מוּל אַחֵר : *Girare de apud aliquem ad oppositum (locum) alium. 1. Sam.* 17. 31
ארץ	יְסוֹב כָּל הָאָרֶץ כָּעֲרָבָה : *Terram girare (euadere) sicut planitiem. Zach.* 14. 4
בית	נָסַבּוּ עַל הַבַּיִת וגו' : *In girum se ponere super domum. Gene.* 19. 4.
בית	נָסְבוּ אֶת הַבַּיִת : *Girare domum. Iud.* 19.22.
בית	יִסֹּב אֶל בֵּיתוֹ : *Girare se ad domũ suã. 2. Sam.* 14.27
בית	וְנָסַבּוּ בְּתֵּיהֶם לָאֲחֵרִים : *Domos girare alijs. (ad alios.) Iere.* 6. 12.

נִסְבָּה Præteritum.

נָסַבְתִּי עִם יְדִידִי כּוֹר : *Computari cum deſcendentibus in lacum. Psal.* 28.1. & 143.7.

Radix est משל.

נ נ

נון Require superius in נ ante ו, suo loco proprio.

נִיְנֵוֶה Require superius in נ ante י, suo loco proprio.

ננן Verbum Niphal pasiuum, ex quiescentibus Ain Iod, quod semel legitur in Biblijs in futuro יִנּוֹן, sic restitutum a Massara, nam adhuc constãter scribitur ינין ab exẽplaribus antiquis, quasi ex Hiphil sit, nec aliud ex eo formarem, cũ dubitetur, quid propriè significet. Communiori sententia omnibus ferè est, filiatus est, si licet hoc verbo vti docẽdi gratia, quasi filios procreauit, filiorum stirpe suffultus est. [*Figliarſi, fornirſi di figliuoli, di figliuolanza.*] Eo Salomon elegãtissimè vsus est, ad nomen vel famam transferens, quæ in posteris permaneat. Ps. 72. 17. *Erit nomen eius in æternũ, ante Solẽ* יִנּוֹן *filiabitur nomẽ eius.* Illud Iod mihi est Vau protractũ ob mysteriũ diuinatis Messiæ denotandum. Quid verò si יִנּוֹן sit nomen proprium? *Ante Solem* יִנּוֹן *est nomen eius.* Hoc est semper à Patre filius gignitur, & dicitur. Expẽde locũ & oẽs accuratius. Radix est נין.

ננע Verbum Niphal in se agens, ex quiescentibus Ain Vau, qđ habet has dictiones tm̃ ī Biblijs.

יִנּוֹעַ, יִנּוֹעוּ } Futurum.

Cætera cautè formanda sunt ad horum regulas, cũ necessitas expostulauerit. Motus est, se mouit, auget vero nonnihil sensum a suo Cal. [*Moverſi fortemente.*] Amos 9.9. *Quemadmodum* יִנּוֹעַ *mouebitur (moueri solitũ est) in cribro.* Nah. 3. 12. *Si* יִנּוֹעוּ *mouebuntur, & cadet super os comedentis.* Alibi non inuenitur. Radix est נוע.

ננח Ex hac radice mihi emanant הֲנִיחַ הֲנָחָה מֻנָּח נֹחַ, quæ alij à יחה deriuare arbitrati sunt, quemadmodum suis locis dictum est.

ננער Verbum Niphal pasiuũ vel a se vel ab alio, perfectum, sic flectitur in Biblijs.

נִנְעֲרָתִי Præteritum.

אֵנָּעֵר, יִנָּעֲרוּ } Futurum.

Cætera, si opus erunt, ex te formabis iuxta regulas grammaticales. Excussus est, se excussit concussit. [*Fù crollato, crollarſi, crollando, gettar à terra.*] Ter inuenitur.

נערחי	נְנֹעֲרָתִי כַּאֲרִבֶּה : *Excutere se velut locustã. Ps.* 109.23
ינע	אֵנָּעֵר כְּפַעַם בְּפַעַם וְאֶבְעָר : *Egredi vt aliàs, & excutere se. Iud.* 16. 20.
נעצ	וְיִנָּעֲרוּ רְשָׁעִים מִמֶּנָּה : *Iniustos excuti de terra. Iob.* 38.13.

Radix est נער.

נ מ

Deriuatiua huius radicis sunt בֵּית נִמְרָה נִמְרִים.

נִמְרֹד Nomen proprium viri filij Cusi ex posteritate Hami, qui fortissimus omniũ primus tyrannidem affectauit, cuius regia fuit Babylon, & polluit venatione plurimum. Nimrod. [*Nembrotte.*] Gen. 10.8. *Et Cus genuit* אֶת נִמְרֹד *Nimrodum, &c.* Mich. 5.6. *Et terram* נִמְרֹד *Nimrodi in gladijs eius.* Radix est מרד.

נמרט Verbum Niphal pasiuum in se, perfectũ, quod bis solum legitur in scriptura sacra in futuro יִמָּרֵט, cætera verò cautè formanda sunt iuxta canones grammaticæ, cum opus erunt. Depilatus est. [*Pelarſi, cader i peli.*] Leuit. 13. 40. *Vir cuius caput* יִמָּרֵט *depilabitur, caluus est & mundus. Quod si a parte anteriori* יִמָּרֵט *depilabitur caput eius, &c.* Radix est מרט.

נִמְרִים Nomen proprium loci, vel fluuij in regione Moabitarum. Nimrim. [*Nimrimo.*] Esa. 15.6. Et Ier. 48. 34. *Nam aquæ* נִמְרִים *Nimrim erunt desolatæ.* Radix est נמר.

נמרץ Verbum Niphal pasiuum, perfectũ, quod sic flectitur in Biblijs.

נִמְרְצוּ Præteritum.

נִמְרָץ, נִמְרָצָה } Part. præs.

Nec aliud ex eo formarem, sed potius vterer synonimis, quæ vide in חָזַק. Fortis, validus fuit, fortitudinẽ adeptus est. [*Eſſere gagliardo, di grã forza.*] Ter inuenit.

מאר	מַה נִּמְרְצוּ אִמְרֵי יֹשֶׁר : *Dicta rectitudinis fortia esse. Iob.* 6. 25.
חבל	יִתְחַל נִמְרָץ : *Denuntiatio valida. Mich.* 2. 10.
קלס	וְהוּא קִלְלַנִי קְלָלָה נִמְרֶצֶת : *Maledicere maledictione valida. (vehementi.) 1. Reg.* 2. 8.

Radix est מרץ.

נמשך Verbum Niphal pasiuum, perfectũ, quod habet has dictiones tantum in Biblijs.

נִמְשַׁח Præteritum.

הִמָּשַׁח Infinitiuus.

Non absurdum tamen fuerit, & reliqua formare iuxta regulas grammaticales, cum opus erũt. Vnctus fuit. [*Fù vnto.*] Vide suum Cal. Quinque vicibus forsitan solum inuenitur.

אחר	אַחֲרֵי הִמָּשְׁחוֹ אֶת מִזְבַּח : *Post vngi altaris. (Postquàm inunctum fuit altare.) Num.* 7.8.
יום	בְּיוֹם הִמָּשְׁחוֹ אֹתוֹ : *Dies vngi (quo vngitur sacerdos, & altare.) Leuit.* 6.13. *Num.* 7.10. *& ver.* 84.
מלך	כִּי נִמְשַׁח דָּוִיד לְמֶלֶךְ : *Aliquem vngi regi. (in regem.) 1. Par.* 14. 8.

Radix est משח.

נמשי Nomen proprium attaui Iehu regis Israel. Nimsi. [*Nimſio, Nemeſio.*] 1. Reg. 19. 17. *Et Iehu filium* נִמְשִׁי *Nemesii vnges, &c.* 2. Reg. 9. 2. *Et vide ibi Iehu filium Iosaphati filij* נִמְשִׁי *Nemesii, &c.* Confer locos.

נמשך Verbum Niphal pasiuum vel a se vel ab alio, perfectum, quod habet has voces tantum in Biblijs.

חָמְשְׁכָה, יִמָּשְׁכוּ } Futurum.

Cætera nihilominus formare poteris iuxta regulas grammaticales, cum opus erunt. Tractus, protractus fuit. [*Fù tirato, & tirarſi.*] Vide in Cal suæ radicis משך. Ter inuenitur.

יום	יוֹם הוּא לֹא יִמָּשֵׁכוּ : *Dies non protrahi. Esa.* 13. 22.
שר	לֹא תִמָּשֵׁךְ עוֹד : *Non protrahi adhuc, &c. Ezec.* 12. 25. & *ver.* 28.

נמשל Verbum Niphal pasiuum, perfectũ, sic flectitur in Biblijs.

נ מ

Cætera formabis iuxta regulas grammaticales, cũ opus fuerit. Expressus fuit. [*Fù ſpremuto, ſtruccato, fatto* יצר *per forza.*] Ter inuenitur.

דם	וְנִמְצָה דָמוֹ עַל קִיר הַמִּזְבֵּחַ : *Sanguinem exprimi super (ad) parietem altaris. Leuit.* 1. 15.
דם	וְרֹב נִמְצָא בָּם יִמָּצֵא אָל וגו' : *Residuũ in sanguine (sanguinis) exprimi ad fundamentum aræ. Leuit.* 5. 9.
מים	וּמֵי מְלֵא יִמָּצוּ לָמוֹ : *Aquas pleni (calicis) exprimi alicui. Locus elucidãdus. Ps.* 73. 10.

Radix est מצה.

נמק Verbum Niphal pasiuũ in se, ex duplicibus sic flectitur in Biblijs.

נָמַקּוּ נִמְקָם Præteritum, Part. præs.

חָמַק, יָמַקּוּ, תִּמַּקְנָה } Futurum.

Cætera, si opus erũt, ex te formabis ad canones grãmaticę. Corrosus est, cariem genuit, tabe & sanie confectus est. [*Marciri, corrumperſi, infracidarſi.*] Octo vicibus inuenitur.

נתת	אֹרֶם יָמַקּוּ : *Contabescere cũ aliquo. Leui.* 26. 39
מכוש	נָמַקּוּ חֲבוּרֹתַי וגו' : *Vlcera fœtere, computrescere præter stultitiam. Psal.* 38. 6.
לשון	וּלְשׁוֹנוֹ תָּמַק בְּפִיהֶם : *Linguam computrescere in ore. Zacha.* 14. 12.
נשק	יָכֹם אֲנַחְנוּ נָמַקִּים : *Contabescere in prænaricatione, & peccato. Ezec.* 33. 10.
עון	יָמַקּוּ בַּעֲוֹנָם וגו' : *Contabescere in iniquitatibus. Leui.* 26. 39. *Vide etiam Ezec.* 24. 23
עין	רֵיעֵיהֶם תִּמַּקְנָה בְּחוֹרֵיהֶן : *Oculos computrescere in foraminibus suis. Zach.* 14. 12.
נצא	וְנָמַקּוּ כָּל צְבָא הַשָּׁמָיִם : *Exercitum cælorum contabescere. Esa.* 34. 4.

Radix est מקק.

נמר Verbum Niphal pasiuũ in se, ex duplicibus, quod habet has voces tantum in Biblijs.

נָמַר Præteritum.

יִמַּר Futurum.

Cætera cautè formabis ad horum regulas, cũ opus erunt. Amarus fuit, amaricatus est. [*Fù fatto amaro, divenir amaro.*] Iere. 48.11. *Et odor eius non* נָמַר *amaricatus est.* Hebraismo pulcherrimo dat amaritudinem odori, pro immutari, corrumpi, quod notes. Esa. 24. 9. יִמַּר *Amara erit sycera bibentibus eam.* Alibi non inuenitur. Radix est מור.

נמר Nomen masculinum genere, & declinatione נְמֵרִים. Pardus, animal ferum & notum, sed ratio nominis ignoratur, si radix propria sit, nam quidã conantur reducere ad מור, ob cutem variegatam & maculosam; alij verò longius ad אור reuocant, vt ab amarulentia & squitia nomen habeat. [*Pardo, Lionpardo.*] Vide חיה. Sex vicibus inuenitur.

דרך	כְּנָמֵר עַל דֶּרֶךְ אָשׁוּר : *Esse sicut pardũ super via. Hos.* 13.7.
הגל	מְחֶרְרֵי נְמֵרִים : *Montes pardorum. Cant.* 4. 8.
מכלכל	וְנָמֵר חֲבַרְבָּרְיָיו : *Pardum (nõ vertere) maculas suas. Iere.* 13. 22.
קנן	וְקַלִּים מִנְּמֵרִים סָרָטִיו : *Equos leuiores esse pardis. Abac.* 1.8
רכן	וְנָמֵר עִם גְּדִי יִרְבָּץ : *Pardum cubare cum hædo. Esa.* 11.6
שקד	נָמֵר שֹׁקֵד עַל עָרֵיהֶם ג *Pardum vigilare super (contra) vrbem. Iere.* 5.6.

Cæterum, & in Chaldaico sermone sub forma נמר idem significat, vt Dan. 7.6. *Et ecce postea* כְּנָמֵר *tanquàm pardus, &cæt.*

יין	לֹא יִסְכּוּ לַיְיָ יָיִן : — *Non fundere vinũ Domino. Hos. 9.4*
מלך	וַאֲנִי נָסַכְתִּי מַלְכִּי : — *Libare (inauthorare) regem. Vulgatus legit* נִסַּכְתִּי *ex Niphal. Ps. 2.6*
מסכה	וְהַמַּסֵּכָה הַנְּסוּכָה עַל כָּל הַגּוֹיִם : — *Fusio fusa (operimentum opertum) super gentibus. Esa. 25.7.*
מסכים	וְלִבְּךָ מַסֵּכָה וְלֹא רוּחִי : — *Libare libationem. Esa. 30.1.*
נסך	וְנֶסֶךְ לֹא תַסְכּוּ עָלָיו : — *Non libare libationem super altari. Exo. 30.9.*
פסל	הַפֶּסֶל נָסַךְ חָרָשׁ : — *Artificem fundere sculptile. Esaiae 40. 19.*
פסל	מִי יָצַר אֵל וּפֶסֶל נָסָךְ : — *Fundere sculptile. Esa. 44. 10.*
רוח	כִּי נֶסֶךְ עֲלֵיכֶם יְיָ רוּחַ תַּרְדֵּמָה : — *Dominum effundere super aliquem spiritum soporis. Esa. 29.10.*

Deriuatiua huius sunt מַסֵּכָה מוסך מוסך מסך מסכה מִסְכַּת נסך נסך נָסֶךְ או נֶסֶךְ נסכי נסכיכם נסכיכם נסכיהם נסכיה נסכיהם

נסך Verbum Niphal passiuum, ex deficiẽtibus Pe Nun, quod semel legitur in Biblijs in prꝛeterito, נִסַּכְתִּי, cætera tamen, si opus esset, formare posses iuxta regulas grammaticales. Regem, Principem, se cõstituit, se ipsum authorauit, sic elegãter dictum a נסך, vt in Cal habes. [*Farsi signore, farsi gridar Rè.*] Pro. 8.23. *Ab æterno* נִסַּכְתִּי *meipsum inaugurauí*. Expende locum & omnes accuratius.

נסך Verbum Pihel actiuum, ex deficientibus Pe Nun, quod semel legitur in Biblijs in futuro יְנַסֵּךְ, cætera verò ex Cal, vel Hiphil desumerem, quãuis hoc fortasse nonnihil immutet significationem. Libauit, fudit. [*Sacrificare, spargere nel sacrificio.*] 1. Par. 11. 18. *Noluitq; Dauid illam aquam bibere,* יְנַסֵּךְ *sed fudit eã (libauit) Domino.* Quidam huc referunt אֲנַסֵּכָה, de quo in נסך diximus. Eccles. 2. 1. *Eia* אֲנַסֵּכָה *libabo (propinabo) in(cum)* gaudio.

Cæterum & in Chaldaico idiomate hoc verbũ idem significat, quod semel legitur in infinitiuo לְנַסָּכָה. Dan. 2.46. *Et oblationem, & sacrificia dixit* לְנַסָּכָה *ad libandum (vt libarent) ei*.

נֶסֶךְ } Nomen masculinum genere, & declinatione, **נָסֶךְ** } suscipiens affixa, quæ sunt in Biblijs נֶסֶךְ או נָסֶךְ נסכי נסכיכם נסכיכם נסכיהם נסכיה נסכיהם

